
1538
DRYANDER.







Antiochus TIBERTUS

138 (badly numb.) pp.
2 leaves

DE CHYROMANTIA LIBRI III

authoris cuiusdam uetustissimi per IOAN. DRYANDRUM restituti

Marpurgi,
Anno.
M. D. XXXVIII.

IUDICIO SINGULA EXPENdito lector, priusquàm temere pronuncias, quæ hic enim traduntur plane sunt Philosophica, ex optimis optimorum authorum libris deprompta, nihilq; cõmune cum uulgo iactatis Chyromanticis illis preposteris habent. Legat Medicus, legat Astronomus uterq; quæ oblectent atq; commodent uidebit.

SPLENDIDISSIMO AC ERVDITISSIMO

utriusq; Iuris Doctori Domino Iohanni Furderer de Richtenfels olim Cancellario nunc uero cōsiliario Moguntino Domino, patrono & amicō suo syncerissimo integerrimoq; Ioannes Dryander. S. D.

CVM TE LONGE RE-tro seculis, non solum sacratissimarum legum non uulgariter doctum, sed & secretioris philosophiæ studiorum non ignarum esse, exploratū habeam ornatissime Doctor, de ijsdem Philosophiæ quibusdam studijs liberius tecum quædam conferre uisum est. Chyromantiæ, hoc est pronosticandi uel futura prædicendi ex

lineamentorum manus inspectione, quosdam libros dudum mihi fuit animus prælo committere, uerum ut sunt hodie quorundam mores, ad carpendũ atq; damnãdũ, qđ ipsi ignorant, procliues magis, suprimendũ potius, quàm imprimendum librum duxi: quòd non uulgarem iacturam nominis mei me facturum uiderem apud quosdam, qui Chyromanticã inter superstitiosas potius quàm approbatas artes reijciendas esse putent. Iis itaq;, ut breuiter consilij mei rationem reddam, liberiusq; meum in hac re iudicium proferam, te coram iudice, operæprecium esse duxi. Primo itaq; ad Chyromanticæ artis, uel commendationem, uel reprobationem, quod adtinet, quia ea ars est suspecta atq; reprobata magis uulgo, eo splendidiorem honestioremquè fore puto. Quod enim sint, qui pulcherrime inuentis prudentũ uirorum abutantur, in artis liberalißimæ contemptum, nõ esse referendum, nullum tam esse stupidum, qui putet, spero. Vt enim medicinam, uitæ hominum maxime omnium necessariam artem, quòd sint circumforanei quidam impostores qui ad sui quæstum salutarem artem turpißime prostituant, medicinæq; loco, aliquoties uenenum propinent

propinent, adeoq; medici nomẽ, plerũq; male audire faciant, nihil ominus tamen inter tot improbos, indoctos atq; sicarios medicos, reperiuntur qui arte rem tractent, qui frugi sint homines, qui uitæ hominũ, quàm suo questui consulere malunt. Ita Chyromanciæ studium, quod ad aniles quasdam uetulas adeoq; ad exilium proscriptas, passimq; uagantes circumforaneos nebulones, reiectum sit, dormitantibus, quorum intererat, tam honestum studiũ à squalore atq; interitu uindicari, nõ esse quod deteriorem faciat artẽ puto. Quod sint qui pretextu huius artis expilent nummos, defraudent atq; decipiant credulos, ad artem labefactandam nihil facit. Quæ enim tam sancta atq; optime à uicijs repurgata unquàm extitit ars, quin magnam sceleratorũ congeriem hominũ aluerit semper, & quo plus uitæ hominũ usui instituuntur necessario, eo magis reperias, qui sese artis magistros prædicant, utinam hæc non esse uera, quottidianis experimentis disceremus. Verum, quod sint ex literatorum numero quidam, qui quo Chyromantica magis suspecta apud imperitos faciant, qui nihil plane cum philosophia cõmũe habere, pronũciare audent, eoq;

nomine procul à philosophiæ liberalium què artium regione, artem exterminandam explodendam que statuunt, quorum quàm sit corruptum, ut uulgi plerumq; esse solet, iudicium, ex eo cuiq; patere quæat, quod artem sibi nondum cognitam, damnare ausint. Id si recta ratione licet, damnare scilicet, quod ignoras, non inficias eo quin simili modo, simile iudicium de reliquis quibusdam artibus nondum satis quibusdam cognitis atq; perspectis, ferre liceat. Sic & uidemus hodie, turpissimo errore Medicos quosdam astrologiam, cuius ne gustũ aliquem unquàm fecerunt, artem ad rem medicam necessariam maxime, damnare, nõ quod à ueritate aliena tradat astrologia, neque in aliqua sui parte medicorum placitis reclamet (quod falso calumniantur quidam) sed ut insciciam & stupiditatem quorundam, rectius ita excusare liceat. Videas enim quosdam, qui non alio quàm numos corradendi fine honesta studia mentiantur, itaq; & uix à præscripto suo imponendi, practicandi uolebam dicere, modo, ne latum quidem digitum abscedũt. Quotus enim quisq; est qui hodie ex optimi parentis Galeni instituto, ueritatem potius, quàm lucrum magni ducat, ut non sit mi-

ſit mirum, tot ubiq; uidere, receptularios medicos, perpaucos uero philoſophiæ ſtudioſos, cum tamen omnium maxime par erat medicum, nullam non partem philoſophiæ, ſaltem deguſtaſſe, priuſquam practicæ, quam uocant, ſeſe cõmittat Candoris erat, honeſtiores artes aſtrologiam medicinam, Chyromantiam, per manus, magno ueterum labore ad nos traditas, cuſtodire, excolere, auctioreſq; reddere, maliciæ eſt non perſpecta neq; cognita damnare, quorum hoc ſocordiæ, illud maliciæ nota incuſari iuſto quæ at. Reliquarum omnium artium mutuum eſſe ſucceſſum, encyclopedias nomen arguit. In eo tamen numero ſum, quæ ita ſibi adfines atque conexæ herent artes, ut non facile ſit alias ab alijs, ſine detrimento alterius, ſegregare. A medicinæ, ea parte, quæ phyſiognomica tractat, conſiderare uero licet hanc ſubinde repetitus earundẽ formarum aſpectus, artem eſſe pronunciauit, in Aſtrologia atq; Chyromantia nonne idem obſeruare datur, ubi hic eiuſdem, conſtellationis, ad eundem effectũ prouocandum deſtinatæ, creber reditus, illic earundẽ lineamentorum, in diuerſorũ hominum uno atque eodem modo adfectorum, obſeruatio,

utramq; artem hominibus esse pernoscendam, excolendamq; docuit. Non est quod firmiores leges medicinæ, ad pronostica maxime qd' spectat facias, quin & ea omnia simili lege in Astrologia atq; Chyromantia contineri, noscas. Esset ut hæc fusius, hic pertractarem, si non idem ante nos doctissime atq; copiose authorem nostrum diuulgandum Anthiochum Tibertem fecisse constaret, ad eius eruditissima scripta, quibus ea quæ hic proferimus fidem faciant, remitto. Nos artem hanc Chyromantiam, non nudiustertius, neq; ante pauculos annos, adeoque domi nostræ natam esse, ne quis eo modo contemptiorem faciat disciplinā, aliquot adductis argumentis cōuincamus philosophorū scholis protrita admodū & uera est sententia deū atq; naturā nihil facere frustra, in organo organorum manu uidelicet, tot lineas, tot inscissuras, non ad destinatū aliquem finem, creatas esse, non fit mihi uerisimile, rectius naturam, humanæ conditionis casum, misertam credidero, ut mox uel in recenti adeoq; ex utero materno prodente fœtu, quasi sigillo impresso, in manu cuiusq; sortem atque conditionem ostendisse uoluerit puto. Mox itaq;

ab exordio mundi, ubi quàmprimum nasci cœpe-
runt homines, nata & est Chyromantiæ artis
institutio. Quod si hæc leue ad probandum pon-
dus habent, est in promptu Aristoteles exquisi-
tißimi iudicij author, qui tam non fallere nouit
quàm falli (quod de Hippocrate medicorū prin-
cipe iactat Macrobius) is in de animaliū libris,
honorificam Chyromantiæ mentionem facit, id
quod neutiquàm facturum iudico, si suspectam, si
liberali homini minus dignam unquam iudicasset
artem. Verum in re non admodum obscura, diu-
tius illustranda immoror, superuacaneū esse pu-
to, neq; hic Chyromantiæ commendationem te-
xere est animus, maxime cum norim, quanto in
præcio, tu, pro tuo sincero iudicio, Chyromanti-
ca atq; Astronomica semper habueris: restat, ut
hoc à te impetrari sinas, ut, qualemcunq; hunc
librum in catalogo meliorum tuorum studiorum
esse, feras. Vale splendidißime idemq; doctißime
Doctor, meq; quod facis, ama. datæ in Academia
Marpurgana ipso die Solsticij æstiui.

1 5 3 8.

Ioann. Dryander

Medicus.

AD ILLVSTREM AC MAGNAnimum principem, Octauianum Vbaldinum, Merchatellę comitem literarum patronum unicum Anthiochi Tiberti Cesenatis artium Doctoris Epistola.

Alij eiusdem autoris libri.

CONSTITVERAM inuictissime princeps ac litterarum patrone, antequàm hos meos Chyromancię cōmentariolos in publicum prodire permitterem, Germanos quos pre manibus habebam prius absoluere, ut enixi una eademque foetura uiderentur. Sed me adeo

adeo aſſiduis precibus attriuere ſtudioſi quamplurimi, ut contra Horatianum pręceptum æditionem precipitare coactus fuerim. Volui potius aliorum ſubire cenſuram quàm amicorum graue de me iudicium experire, quibus dummodo faciam ſatis non uerebor pallidulos ac detrectores Zoilos, quorum ſemper ſtudium fuit, aliena inuidiæ aculeis inſectari, dum ſua, quæ lectione digna ſint, non habeant. Difficillimum autem eſt eorum declinare inuidiam, ni ad eruditorum principum patrocinia confugiamus, quorum numine & preſidio adiuti ueluti ſub Palladis ęgide Gorgonios uultus intuemur. Inter cęteros autem huius noſtræ ætatis principes, inuictiſſime Octauiane, te potiſſimū delegi, cuius auſpitijs uellem has meas lucubratiunculas legi celebrariq́;, unicus enim mihi uideris mathematicarum diſciplinarum cultor, at-

que una

Octauianus Vbaldinus princeps.

que unà cum tuo illustrissimo Guidone Vbaldo Vrbini duce (illo inque doctissimo inuictissimoque) ita litteratos foues amplectarisque, ut eos toto orbi perquiri facias, & maximis demum muneribus prosequaris.

M. Paulus Episcopus Astrologus.

Quod nuper in magistro Paulo astrologo uiro eruditissimo effecisti. Quem post multa uirtutum suarum premia, quæ intra uestros parietes educatus, susceperat, superioribus diebus episcopali dignitate insignem reddidisti. Vtinam & cæteri Italiæ principes id agerent, ut potius ea litteratis uiris elargirentur, quæ alendis canibus, ac nutriendis histrionibus impendunt. Quot Vergilios, quot Cicerones, quot denique Aristoteles uideres? Sed præclara ingenia ob principum auaritiam, turpi hebescunt situ, nec possunt, necessariarum rerum pressi penuria, bonis artibus indulgere: quamobrē iacent torpescentque. Sed de his hactenus

ctenus. Accipe igitur inuictissime principes has meas primitias, tanquam prima ingenioli mei libamina, tuo numini dedicata, ac solito eas patrocinio, contra rabidos adlatrantium morsus tuere. Interim dum hæc lectitabis, cæteræ germanæ pleno maturescent partu. Germanas appello Physionomiam, & Pyromantiam scientias, quarum uagitus post paucos senties dies. Vale & me cum tota Tibertorum familia quæ (ut nosti) maximo seruitutis uinculo uobiscum astringitur, cōmissum habe.

Physionomia, Pyromantia.

Ex Bononia quarto Kal. Nouembris. 1494.

ANTIOCHI TIBERTI

Cesenatis liberalium disciplinarum professoris in libellum de Chyromantia ab eo editum, præfacio ad illustrem & inuictū principem Octauianum Vbaldinum Mercatellæ comitem dominum suum unicum.

CVM OMNIS NOSTRAE uitæ perfectio in contemplatione & ueri inquiſitione ſit conſtituta, ſimuſq; ad ſtudendum omnes natura ipſa proni, non im̃erito priſcæ ætatis uiri, qui aliquo mentis acumine uiguerunt, reiectis quibuscũq; domeſticis ac inutilibus curis ad Philoſophandum ſe contulerunt atq; per has ſapientię ſemitas animũ ipſum ab hac luculenta corporis mole erigentes, ad ſui ipſius & demum immortalis ſum̃iq; Dei cognitionem deduxere, ſeq; hoc pacto ab iniuria obliuionis uindicarunt, nomenq; ſuum poſteritati celebrandum tradiderunt. Horum ego ueſtigia ab ineunte ætate inſecutus, ſepoſitis quibuscunq; alijs rebus, literarum ſtudia ſemper excolui, capeſcendæq; diſciplinę gratia, nullos labores aut uiarum longa tedia unquàm recuſaui. Inter cæteras autem

diſciplinas

diſciplinas naturalem philoſophiã, & eam quę de corporum ſupercœleſtium motu & influxibus pertractat omni ſtudio & diligentia complexus ſum, dediq; operam quantum in me fuit bonis literis, atq; artibus illis ſecretioribus, quæ à rude philoſophorũ grege penitus alienæ ſunt, ut inde dulces ſapiẽtię fructus deguſtarem, proſecutus ſum autem maximo ſtudio eas ſcientias quæ nobis futurarum rerum cognitionem pollicentur. Hac enim ſola ad diuinitatem proxime accedimus. De quarum numero ſunt, Aſtrologia, Chyromancia, Phyſionomia, pyromantia, & cætera id genus. Atq; in his ſemp aliquid añotare ſtuduimus noſtro ingenio ac arte elaboratum, quod à patribus noſtris pretermiſſum fuerat, quemadmodum in ea parte quæ Chyromantia nuncupatur, effecimus, quam preſenti libello explanandam aſſumpſimus, fuerat enim

Artes prognoſticæ quæ.

Chyromātia ab alijs incomposite, ac per uerse tradita est.

fuerat enim tam incomposite ac per uerse tradita, & nō scientiæ nomen, sed potius anilis cuiusdam fabulæ mereretur, Eam nos primi in artem redegimus, ac cæterarum scientiarum consortio dignam reddidimus. Non arbitretur autem quispiam me comparandæ gloriæ gratia, hos labores subijsse, hoc enim à me longe alienum est, sed potius iuuandi prouehendiq; studia, quod boni literatoris officium est. Oratos autem uolumus quoscunq;, qui hos nume ros libellos inspexerint, ut non prius eos damnent, quàm perlegant, quos tamen, si damnare uoluerint, id scriptis potius quàm angularibus uerbis efficiant, Sumus enim semper discendi cupidi, libenterq; manus damus si conuincimur. Sed ita (ni fallimur) singula suis rationibus cōmuniuimus, ut aduersus hostiles sagittas nullo amplius patrocinio indigeamus.

CAPVT PRIMVM AN CHYROmantia sit scientia aduersus Stoicos & Porphyrium.

ANTEQVAM AD EXplanãdas huius artis methodos, accedamus, nõ in utile esse arbitror, diuulgatã inter stoicos & peripateticos, questionẽ dissoluere, quæ Porphyrium ad tantam deduxit insaniam ut non erubuerit Stoicorum rationibus manus dare, seq; conuictum fateri. Ea est huiusmodi An Chyromantia scientia nuncupanda sit, quod nõ, rationibus Stoici hic argumentantur, Scientiæ su-

An sciencia sit Cyromantia.

Prima Stoicorum ratio cõtra Chyromã.

biectum inuariabile est, lineæ nascũtur & occidunt, lineæ igitur nullius scientiæ possunt esse subiectum, quã obrem ars de lineis manus pertractans sciẽtia nõ est, nascuntur enim certo tempore lineę non amplius in manibus uisæ, simili modo, uehementi ęgritudine delentur occultanturq;. Adducunt secundo loco lineas, nil aliud portendere quàm illud cuius gratia à natura progenitæ sunt, sicut tibia, iuncturę, & musculi nil aliud pręter gressibilitatẽ demonstrant, quamobrem lineæ cum à natura fabricatæ sint in locis in quibus manus plicatur, ibidem compertæ non breuem aut longam uitam, sed eo in loco manum stringi & colligi posse demonstrabunt. Cur, si de lineis, manus est tradenda scientia quę Chyromantia dicitur, non pari ratione de pedum lineis faciendus tractatus est: qui de pedomantia nuncupetur. In pedibus enim lineas esse

Secunda ratio.

Argumẽtũ ductũ à simili.

neas esse si quis inspexerit confitebitur. Addunt infinita & particularia, à scientia colligi nō posse, lineas autem esse infinitas & infinitis intersectionibus complicatas, quę in artē reduci nequeant. Accedit ad hoc quod cum particularem quamque formam proprius & particularis effectus consequitur ut pote, fortuna talis uel infortunium erit, ergo ponenda spetialis linea quę hoc ipsum indicabit, quamobrem infinitos tractatus facere oportebit, si de omnibus indiuiduis plenam notitiā habere uoluerimus. Rursus, cur potius hęc linea uitę, illa epatis, alia capitis dicit̄, cū omnio æqualiter à totius corporis cōplexione caussentur. Demum hæc scientia est de signis, sed cum sit de signis, non necessarijs, sed contingentibus, non debet inter scientias computari. Nam si quis hoc pacto dixerit. Socrates habet lineam hoc pacto dispositā,

Aliud argumētū.

Aliud arg.

Aliud arg.

Aliud arg.

ergo talem ſortietur effectum, ſi talis effectus nõ euenerit, principium illud uel concluſio falſa erit, & per cõſequens nõ erit demonſtrationis concluſio nuncupanda. Non enim ſemper eueniunt quę Aſtronomus aut Chyromanticus præcinuerit.

Poteſt inſuper cuipiam aliquid contingere, in cuius manu nullam lineam id denotantẽ deprehendas, quo fit ut lineæ ſigna ſint non neceſſaria ſed contingentia, de eis igitur nullo pacto poteſt eſſe ſciẽtia. Si uero dixeris lineas & aſtra, res euenire poſſe, non autem neceſſario euenturas, deſignare, Dicas queſo, quam ex his certi tudinem conſequeris, non taliam profecto, quàm quę de rebus ad utrumlibet contingentibus habetur, ut Socratem currere uel ipſummet cras nõ currere, cuius nec certitudo ulla nec demõſtratio eſt. Inſuper experientia comprobatum, Affirmant, duos homines eaſ-

De cõtingentibus aliteratq; aliter, non certa eſt ſcientia.

Aliud arg.

nes easdem omnino lineationes ha-
bentes, dissimilem sortẽ sustinuisse.
Vanum est igitur (secundum Stoi-
corum sententiam) astronomiæ aut
Chyromantiæ operam impendere,
cũ nõ scientiæ nomen, sed anilis po-
tius fabulæ promereantur. De qui-
bus Arestoteles (qui nihil intenta-
tum reliquit) in suis de philosophia
traditionibus nec uerbum quidem
fecit. Sed nos non obstantibus his
stoicorum rationibus Astronomiã,
Chyromantiamq; scientias, esse cõ-
fitemur. Cum uero obijcitur, primo
scientiam de necessarijs esse oporte-
re, lineas uero corrumpi & renasci.
Dicendũ est, nõ requiri ad scientiam
quod res de quibus agetur, æternæ
sint ac incorruptę, quoniã solũ de re
bus cœlestibus ac diuinis scientiã ha
beremus. Sed solummodo comple-
xiones necessariæ & euidentes sci-
entiam faciunt, quamuis nullum
eius suppositum existat. Quem-

Aristote.

Cõfutatio ad superiora argu. 1

admodum hominem eſſe riſibilem, & triangulum tribus conſtare angulis, ſcientiam uocamus, nullo ipſorum exiſtente ſuppoſito, pari modo de lineis non ut exiſtunt, ſed ut imaginatione concipiuntur, agit mathematicus ac Chyromanticus. Demũ adducta ratio ſolum de minutioribus quibusdam lineis, quę ad artẽ non ſpectant, ueritatem habet, non autem de principalioribus colligit. Ad id uero quod ſecundo loco proponitur lineas ad officium manus ſolummodo eſſe progenitas, facile eſt reſpondere. Nõ ſolum eas id denotare, ſed aliud quiddam excellentius, quemadmodum aſtra quæ, quàmuis lucem nocturno tempore uiatoribus prę ſtent, nihilominus alios atq; alios, cũ propinqua ad ſe inuicem uel diſtantia fuerint, effectus inducunt. Quod uero de pedũ lineis adducitur, nõ obſtat. Illę enim manuum lineis ſubordinantur. In

Ab exemplo.

2

A Simuli Argumẽt.

3

his tamen

his tamen aliqua signa obseruanda sunt, quemadmodum inferius edocebimus. Ad illud de linearum infinitate dicimus, non oportere Chyromantcium minutissimas quasque lineas prosequi & nominatim distinguere, sed principaliores & humanis membris respõdentes, ut ex his, infirmitates corporis, membrorum lesiones & quæcunque alia corpori accidunt, pronosticari possit. Qua de causa speciales & ꝓprias in unoquoquè indiuiduo ponere lineas non est opus. Nam principales diuersa inter se conglutinatione aspectuque omne opus absoluunt. Cur uero hęc potius linea uitæ, illa epatis, nuncupatur in sequentibus notum fiet.

4

5

6

Penultima ratiocinatio quæ lineas non esse signa necessaria proponit, sic soluitur. Lineæ quamuis oriantur & occidant, deleantur & renascantur, nihilominus signa sunt naturaliter necessaria. Nam his posi-

7

tis, tanquam in rei natura est, effectus consequetur, ni mens præscientia ueniente occurrat, quemadmodum apud physionomō, positis signis fortitudinis in homine, naturaliter est fortis, Et hoc non uno tantum sed pluribus, ut Aristo. In suis de Physionomia cōmentarijs censuit. Sic igitur apud Chyromanticum ex pluribus signis certum colligitur iudicium. Sed diceret quispiam quonam pacto tuebimur, lineas atque astra signa necessaria nuncupari, si mens prescia uenientem sortem interturbare poterit. Huic cauillo facile occurres, si uerum hominem & sapientem, ab apparente, seiunges, Soli enim sapientes ac uirtutibus pollentes, ob diuinitatem quā in se cōtinent, callodemonis presentia, astris quodāmodo imperitare uidentur, ac humani corporis molem, celestibus radijs obsequentem, imposito freno cohercere. Alterum uero

Aristoteles in physionomiæ libris.

Obiectionis dilutio.

καλλοδεμοσ *angelus bonus siue agēs intelligentia.*

uero genus in quibus corporei affe-
ctus dominãtur, ſyderibus paret, &
quo iubent, rapiuntq;, uehuntur.
Quibus deprehenſum eſt ſtellas ne-
ceſſario dominari, quemadmodum
C. Iulio Cæſari contigit, qui ſpreta
religione ac Spurina Aruſpice ad-
monente, ne Idibus Martijs curiam
introiret, fatum eadem die ſubſtinu-
it, ac tribus & uiginti plagis confoſ-
ſus eſt. Ex his itaq; colligimus ſo-
lum ſapientem poſſe fati ſeriem eui-
tare, Cæteros uero minime niſi id
diuina uoluntate cõtingat, neq; hoc
pacto libertatem à uoluntate auferi-
mus, Poteſt enim uoluntas recta ra-
tione gubernata euitandum quid-
piam oſtendere. Sed cum callode-
mone caruerit, anima cacodemonis
pertinatia in preceps rapitur, ac ſpre
ta ratione, ſyderum motibus obtem
perat. Quamobrem danda eſt ope-
ra ut callodemonem nanciſcamur,
cuius preſentia felices ac beati effici-

Sapiens dominabitur aſtris.

Iulij Cæſaris fatum.

κακοδαίμον.

8 amur. Vltima ratio, falſo innititur fundamento. Adſumet enim duo indiuidua, eaſdem lineationes non haberepoſſe, quod fieri nequit. Euidentiſſime igitur ex his omnibus diligens examinator inſpiciet, deluſos his captionibus Stoicos, diuinas artes repudiaſſe. De quibus Ariſtoteles & cęteri ſapientes ſcrip, titarunt. De Chyromantia meminit primo de Hiſtoria animaliũ cap. xviij. cum inquit. Pars interior manus uola dicitur, carnoſa eſt & in ſciſſuris, uitæ indicibus, diſtincta, lõgioris, ſcilicet uitę, ſingulis aut binis, quæ non longitudinem totam deſignent. Exterior neruoſa eſt & nomine carens. Hoc idem inſinuat in problematibus particula decima, trigeſimo nono problemate & 34 problemate 10. De hac etiam meminere diuini prophetę. Scribitur enim in Eccleſiaſtico. Et ſigna poſuiſti in manibus eorum. Quam obrem

Vbi Ariſtoteles Chyromãtiæ mentionem faciat

omne

omni affectu desyderanda est Chyromantia & totis uiribus amplexanda. Ad cuius traditionem accedamus.

Transitio.

CAPVT SECVNDVM de quibus est hæc scientia, an sit naturalis Mathematica, & quid sit eius subiectum.

SCIENTIA, QVAE CIRCA corporis humani cognitionem uersatur, non solum debet de partibus intrinsecis & earum accidentibus, sed de extrinsecis etiã perscrutari. Ex extrinsecis enim accidentibus, habilitates naturales corporũ dignoscimus, formãq; substantialem inde propius spectamus, quam obrem necesse est sapientem de omnibus

nibus his agere & tractare. Inter cætera autem humani corporis accidentia mirabiliora sunt ea quę circa manus existunt, utpote totā corporis naturam, futurarumq; in ipsa rerum euentus designantia. Quid opus est sydera tot fabricatis instrumentis de rerum humanarum euentibus consulere. Quid opus est Auruspices aut ariolos adire, unusquisq; suam fortunam in manu ipsa iustius gerit. In ea propriam cuiuscunq; hominis uitam, casus & infortunium naturą ueluti in quadam tabella depinxit, ut in ea lectitantes uenturam sortem declinare possemus. Si enim recto mentis examine trutinabimur, nil inter cætera naturæ mortalia opera ipso homine prœstantius, nil perfectius hic sensibilem & corruptibilem mundum cū intelligibili & incorrupto, conectit ex disparatis conflatos naturis, corporea, scilicet & ætherea. Ad cuius

Nota de hominis prestantia.

genera-

generationẽ natura omnem ſuam uim cõtulit, fuitq́ in eo effingendo ſolito diligentior atq́ ſolertior, quã obrem ſuis numeris perfectum produxit eique manus organum organorum dedit, quæ omnia ad uſum humanæ uitæ ſpectantia ſibi conficeret, quę leges & iura populo ſcriberet, quę aduerſus hoſtes & bruta animalia ſe tuereẽ quę agros coleret quę deniq́ omne humanum officiũ exereret, in hoc tam nobili & neceſſario mẽbro natura quasdas exarauit lineas quæ inſcio homini totius uitæ euentũ demonſtrarent, ut his inſpectis poſſet pericula & uenientem ſortem euitare, nobis non poterat aliter ipſa loqui natura. Inde eſt quod infantes dextram aperiunt cum primum in lucem ueniunt, ſuã ſortem oſtenſuri, ſuadente natura. Egregia igitur & pręclara ſigna ſunt hæc de quibus tractaturi ſumus.

Manus organũ organorum eſt.

Infantes mox nati cur dextrã prius exerunt.

Non eſt

Non est autem putandum hanc scientiam de numero illarum esse quas græci τὰσ μαθυματικάσ nostri disciplinabiles dicunt, agunt enim illę de lineis ab omni sensibili materia seiūctis. Hæc enim materia cōcretas speculatur deq; coloribus cæterisq; earum accidentibus quę à complexione manus proueniunt, differit, quamobrem potius naturalis quàm Mathematica censeri debet. Qua de causa aliqui eam Physionomiæ subijci autumant, mediam tamē inter utrasq; naturam sortitur. Nam subiectum eius circa quod tota speculatio uersatur est linea, prout in manu existit, passiones corporis atq; animi, nec non euentus demonstrans. Affectiones uero linearum de quibus agit Chyromanticus sunt lōgitudo, breuitas, latitudo, rectitudo, curuitas, intercisio, applicatio, coniunctio, separatio, discontinuatio, disproportio, liuiditas, rubedo,

Quatenus Chyromancia cum mathematica conueniat.

Subiectum Chyromantiæ quod.

Lineari Chyromantiæ adfectiones quæ.

bedo, imflamātio, fuſcedo, carnoſitas, leuigacio, & aſperitas, & alia huiuſcemodi quæ omnia ineſſe, lineis, proprijs principijs demonſtrari poſſunt. In hac tamē ſcientia, demonſtratio, à ſigno, ut plurimum locum habet. Ex his Chyromantiam eſſe ſcientiam euidentiſſime patet, cum nihil ei de eſſe uideatur quod ad ſcientiæ rationem pertineat, quę hoc pacto deſcribi poteſt.

Concluſio.

Chyromantia eſt (ut nomē ipſius indicat) ſciētia cognoſcendi inclinationes uirtutum & paſſionum naturalium, & cuiuslibet hominis fortunam, per ſigna ſenſibilia manus.

Finitiō Chyromātiæ.

* * * *

Caput

CAPVT TERTIVM DE distinctione manus in suas partes & collocatione planetarũ in ea aduersus cõmunes Chyromanticos.

Dextra que.

MANVVM ALIA DEXtra, alia sinistra. Dextra est que dextro adiacens lateri fortiores spirituũ influxus recipit, primaq; habilitates naturales humani corporis, ad opus deducit, hæc à natura tanq̃ principalis ministra humani corporis est producta. Altera ueluti pedissequa & adiutrix. De ea igitur primum est agendum.

Diuisio manus in suos partes.

Hæc in palmam & uolam partitur. Palma in quatuor digitos. Nã pollex est totius manus arx, & à ui, qua cæteris prępollet, nuncupatur, à quo totius manus robur pendet. Index

det. Index ab indicando siue demō-strando dictus, primum inter palmę digitos locum possidet, quem uetustiores salutarem appellabant. Secundus medius siue infamis. Tertius medicus. Quartus auricularis siue minutulus. Hęc etiam quatuor elementis respondere dicuntur: Index igni, Medius aeri, Medicus aque Auricularis terræ.

pollex ūde antichyr Galenus uocat.
Index.
Medius.
Medicus.
Auricularis.
Digiti ad ordinē elementorum relati.

Vola diuiditur in tubercula & caueam. Tubercula numero sunt sex. Nam quinq; in digitorum radicibus, Sex in inferiori manu collocantur. Tuberculum uoco ubi uelut puluinus caro tollitur, hoc in unius cuiusq; digiti confinio contingit, hæc recentiores montes appellare soliti sunt.

Volæ diuisio.

Montes in manu qui.

In uola dextræ manus, septem planetarum propria loca Chyromantici definiunt, ducti ea ratione, quod hominem, minorem mundū arbitrantur. Ob idq; planetarum

Homo micro cosmos

septem Characteribus manus depictas habere, his enim nullus erat aptior locus cum sint naturæ liber ut præmonuimus. Ordinantur autem planetę in manu pro ut quidã scriptores huius artis tradidere, hoc pacto. In tuberculo pollicis Venerem collocant, in indicis Iouem. In tuberculo medij Saturnum, In medici Solem, in Auricularis Mercurium. In caueæ meditullio ubi trianguli forma, Martem, in tuberculo ferientis, Lunam, Quod quàm sit à ueritate alienum his rationibus demõstrabimus. Quibus planetarum loca à me nuperrime excogitata comprobabo. Ea secundum nostram scientiam sic disponi debent.

Planetarũ in manu ordo qui collocatus sit.

Nouus & inusitatus Planetarũ ordo, ab autore, in manu esse comprobatur.

Pollex cur Marti assignandus.

Pollicis tuberculũ Marti dedico- is omnibus robore & fortitudine pręstat, quemadmodum Mars, influentia, cæteris Planetis est fortior. Actiones etiã Marti subiectæ, quẽadmodum sunt illæ, quæ ferro & ui

fiunt,

fiunt, per hunc potissimum digitum exercent. Est enim totius mãus arx & principale robur. In hoc etiam tuberculo Chyromantici obseruauere, si qui igne conburendi exurendiue sint, uel aliam quamuis actionem per ignem effecturi. Quæ omnia Martis naturam sapiunt. Mars insuper ipse supponitur Soli orbe contiguo, hic Linea uitæ coniungitur, quæ Soli, uitæ datori, est attributa. Deprehensum est etiã, quod illi qui Martem genituræ dominatorem habẽt, quasdam in hoc tuberculo expressas & cauatas lineas gerunt.

Vaticinia ex pollicis monte qualia petẽda.

Non igitur in infima cauea est fortissimus Mauors collocandus, Sed Mercurius, nam minutulus digitus ei minime congruit, sed Veneri potius cum eo in loco Chyromantici, quot uxores, quę cum mulieribus fortuna habenda inspitiant. Nullus enim in tota Palma est

Veneris. locus.

debilior aut effœminatior locus qui Veneri magis conueniat. Nullus Mercurio aptior trianguli cauea. Ea enim eum in meditullio existat omniũ circumstantium natura participat, Media quadam proportione quemadmodum Mercurius cum cæteris planetis facit.

Mercurij.

*

Obseruatum est etiam in mercurialibus expressiorem esse trianguli formam quàm in cæteris quibuscũque hominibus. His & consimilibus rationibus persuasi hoc pacto planetas ordinamus. Tuberculum pollicis Marti dedicamus, Indicis Ioui, Medij Saturno, Media Soli, Auricularis Veneri, Mercurium in cauea ubi triangulus. Lunam in tuberculo ferientis constituimus, quẽadmodum inferius in manuũ schemate figurabimus.

Ordo planetarum.

In sinistra manu pari animaduersione 12. Zodiaci signa disponi dicunt, ut in figura monstramus, sen-

Zodiaci 12. signa n sinistra manu.

tentia

tentia tamen aliquorum fuit sinistrã manum in iudicium non uenire. Sed eos aberrare, indicio sunt Lineę in eadem à natura mirabili artificio confectæ, quam nihil frustra facere solere, omnis philosophorũ cœtus asseuerat, ueruntamen dextra in indicium prius est accersenda. Sed non sola indicium cõplet ni sinistrã sibi annectat, à qua quędam specialia signa mutuanda sunt.

Dubitatio & eius solutio.

Sed forte quispiam hæsitabit, cur tales planetarum & 12. signorũ Characteres in manibus hominũ nõ appareant. Cui respondendum est secundum Eumolphi sententiam, deprehendi eos in temperatis hominibus certis horis & determinatis temporibus. Primus enim post Cleomenam mulierem Aegyptiam hæc obseruasse traditur, ut Philisto- mus Pythagoricus in physionomiæ cõmentarijs refert, Cuius etiã nos quædam huius artis fragmenta in Britannia perlegimus.

Artis huius primus obseruator

CAPVT QVARTVM DE principalioribus inſciſſuris ſiue lineis & earum nominibus.

VOLA MANVS LICET quamplurimis inſciſſuris inſecta ſit, quas agreſtiori uocabulo lineas uocare conſueuimus, non eſt tamen putandum ſigillatim de omnibus eſſe à Chyromantico differendum, ſed de principalioribus tantummodo. Principaliores uocamus quę quaſi in omnium manibus comperiuntur. Minus uero principales quę quamuis certam expoſtulent complexionem, in quàm plurium tamen manibus exiſtunt. De accidentalibus uero & particularem hominis formam conſequentibus,

Principaliores lineæ.

dicere,

dicere, ad artē nō ſpectat, quæ infinita repudiat. Principaliores quinq; in numero ſint, Vitalis ſiue Cardiaca, Epatica ſiue media naturalis, Capitis ſiue Cephalia, Toralis ſiue menſalis, Docſi uel Medialis, Diſcriminalis ſeu reſtricta uel Draconis cauda. Minus principaliores itidē quinq; quas ſuis nominibus nos primi diſtinximus, Via lactea, uia ſolis, Saturnia, Combuſta, & Cingulum Veneris. Sunt etiā in uola triangulus & torus percuſſio ſiue feriens manus, ut ſuis locis indicabimus.

Quinq; princi.

Quinq; minus prin pal.

CAPVT QVINTVM quomodo dignoſcatur quis planetarum uel 12. Signorum in manu dominium obtineat.

Hora planetæ obſeruanda.

HIS EXPOSITIS AD Chyromantica indicia tranſeamus. Qua in re in primis animaduertendũ occurrit cui planetę uel ſigno quis ſubiaceat. Ad plãetę enim horam omne referendũ eſt iudiciũ. Vt ſi quis ortus fuerit Ioue in figura horoſcopali dominante, Die Iouis & hora eius manus iudicium exordiendũ eſt, & hoc ſereno tempore, ante cibum in ſolis exortu, maior enim tunc lineis accedit uigor.

Dignoſcimus autem planetam dominatorem in manu hoc pacto.

Obſeruatis ſeptem planetarum locis prout ſuperius in tuberculis figurauimus inſpitienda ſunt planetarum tubercula. Nam eo in tuberculo planetã dominari comperies in quo natura inciſſuras miro cõfecerit artificio, uerbi cauſa Iouem dominatorem in manu cõſtituemus. Si in eius tuberculo plures quàm in cæteris inciſſurarum ordinatas figurationes conperiemus uel ſi toralis ſuis tuberculum ramulis ueſtierit, linea etiam uitæ eòquosdã ramulos proijciente. Saturnum ſi Saturnia à uitali exoriens per medium caueæ ad tuberculum uſq; Saturni deuenerit, uel ipſum ramulis decorauerit.

Planeta prædominãs quomodo cognoſcatur.

Exempla Iouis.

Saturni

Solem uero ſi uia Solis prope uitæ lineam originem ſumpſerit, & concauitas ſulcus per caueam palmæ means, ex uno ſolis tuberculo inter ſectione duo efficiet. Veneri ſubditos dignoſcemus à uia lactea, à uitali ad tuberculum uſq; Veneris dedu

Solis

Veneris.

cta, uel si illud ramulis uestierit quã plurimis. Mercurio ex trianguli forma suam proportionem seruante, uel si linea uitæ intra caueam quosdam effuderit ramulos. Lunæ si linea capitis uel epatica recto dimisso tramite ad ferientis tuberculum deuoluatur, uel si prope uitalẽ à discriminali exoriens, ferientis tuberculum ramulis uariegabit. Ex quo signo natos nocturno tempore agnoscimus. Marti ex linea uitæ lata ac rubicundum ramum intra tuberculum Martis proijciente, uel si quàm plures cauatę incissuræ quo dam ordine & distantia Martis tuberculum desulcabunt. Hoc igitur pacto dominari Planetam in dextra deprehendi potest. Quo agnito ad Planetæ diem & horam referendum indicium est ut præ nominauimus.

Mercurij.

Lunæ.

Quo pacto cognoscatur nocturna genitura.

Comperto Planeta, signum ascendens in genethliaco, facillime adinuenies, si manum sinistram inspexeris

Signum ascendens quomodo deprehendatur.

ſpexeris. Nam ubi plures inſciſſuras ordinatos Characteres conficientes offendes, eo in loco exiſtens ſignũ in horoſcopali figura per aſtra conſtitues, hoc etiam tibi uitæ linea indicabit. Nam eo quasdam expreſſiores lineas emittet, hoc autem non in quibuscunquè hominibus, ſed in bene complexionatis uidere contingit. Nam ob rudem quorundam complexionem manus naturæ ſigillum minime ſuſtinet, paucisq; lineis eſt contenta, in quorum corporibus rudes animas & ſordidas habitare ex Pythagoreo dogmate Phyliſtomus refert. Et hi ut plurimũ ruſticæ & efferæ ſunt naturæ, quorum conſortiũ omni eſt euitandũ induſtria.

Cautio.

Nota.

Rudes.

Qui uero pluribus quam oportuerit & multiplicibus inciſſuris manus depictas habent, Quod ob huiuſmodi improportionem contingit, Sigillum naturæ ſubſtinere non ualentes, ſunt natura ipſa inconſtantes

Inconſtantes.

conſtantes

constantes & leues, in quorum manibus planetarum loca obseruare esset difficile, quemadmodum illis contingit qui loca nebulosa inhabitant. Hi enim nimia aeris caligine circundati, Solis cæterorumque syderum cursus obseruare nequeunt. Itidem accideret si præter solitũ alia in cœlo figura appareret, quemadmodũ hijs euenit, qui quodam pyramidali cristallo, quod Iridem uocant oculis admoto lucente Sole cœlum colore uariatum inspiciunt. Non enim ob hoc repudianda esset Astronomia scilicet loci conditio detestanda. Quamobrem solum in bene conplexionatis hominibus hæ planetarum & 12. signorũ obseruantiæ locum habet in cæteris autem maxima cum difficultate indagantur.

A Simili.

Caput

CAPVT SEXTVM DE coniunctione fortunata & infortunata planetarum in manu & de signis fortunam augentibus & minuentibus.

SVNT IN MANV PLAnetæ qui cõiuncti uocant̃, sunt qui diuisi. Cõiunctos uel parum ad modum distantes dicimus, cum per inter mediam lineam uel inter medias connectuntur. Verbi Causa, Martem Ioui coniungi dicimus cũ lata linea & non insecta à pollicis tuberculo ad indicis usq; deueniet. Saturno per Saturniam si inter pollicis tuberculum exoriens per lineam uitæ ad Saturnium tuberculum applicuerit. Soli per uiam Solis, Veneri per lacteam, pari condicione cũ Saturnia, Mercurio & Lunæ

Planetæ coniuncti qui dicantur.

peracuatas

percauatas inſciſſuras ad eorũ loca decurrẽtes. Quas inſciſſuras tractim formatas & non inſectas eſſe oportet. Diſſectæ enim coniunctionem tollunt, licet propinquitatem aliquam uel aſpectum demonſtrent. De alijs pari modo ferenda ſententia eſt.

Fortunata ſigna quæ.

Sunt etiam in manu Planetæ quos fortunatos dicimus, Alij quos infortunatos appellamus, fortunatur Iuppiter & quiuis alius planetarum cum ab infortunæ ſignis ſeiungitur. Sunt autem infortunæ ſigna quamplurima. Sed ut à complexionarijs auſpicemur. Nodus carneus uel eminẽs caruncula pallida extra ordinem in indicis tuberculo Iouem infortunatum reddit. Simili modo ſi eminentius medij tuberculum quàm indicis fuerit, exaltatur uero Iuppiter, cũ eius tuberculum rubeo colore diſperſum cæteris eminentius fuerit. In quo ſi crux aut

triangu-

triangulus rectilineus extiterit ſacerdotalem dignitatem non mediocrem pollicetur. Deprimetur cum tenuioribus quibusdam inſciſſuris, quas capillares recentiores Chyromãtici appellant, eius tuberculum nullo ſeruato ordine uariatur, uel aliquo apud ſapientes inſueto Charactere uocatur.

Alia ſignorum partitio.

Quamobrem ut diſtinctius omnia pateant facienda ſignorum diuiſio eſt. Nam quædam fortunæ appellantur, quædã infortunæ, quadam uero medio modo ſe habentia. Sunt enim fortunatæ ſtellæ & triangulus æquilateus. Infortunæ apud ſapientes inſueti Characteres, Media crux, Cæteræ figuræ geometricæ à triangulo æquilatero, literæ Alphabeti planetarũ & 12. ſignorũ, ab Aegyptijs formati Characteres.

Stellam & triangulũ æquilaterũ ideo fortunas uocamus quoniã quocunque in loco comperta fortunam adaugent.

Infor-

Infortunata signa.

Infortunæ uero quæ infortunatum Planetam reddunt, quemadmodum ſunt obtorta quędam ſigna & inordinatæ inciſſurarum configurationes.

Media ſigna.

Media dicuntur quoniam cum bonis planetis iuncta bonitatem, cum malis mala inducunt, ſicut crux quadrata, circulus, triangulus non æquilaterus & alia huiuſmodi. His etiam literarum figuris magorũ Characteres adnectimus, quorum ſecundum locorum conditionem nuncupanda fortuna eſt. Iouis Character in eius tuberculo fortunam amplificat. Simili modo & ſigni figura ſi qua aliquam dignitatem nãciſcitur, quemadmodum ſunt illę ab aſtrologis cõmemoratæ, uidelicet exaltatio dominium terminus, triplicitas & facies. In cæteris uero ſecundum loci & ſigni conditionem eſt iudicandum. Saturni Character in indicis tuberculo Ioui fortunam

fortunam interturbat, Itidem facit Mars & cætera ſigna Zodiaci Ioui detrimentum afferentia. In cæteris ſecundum Planetarum odium & amicitiam uiciſſim eſt ferenda ſententia.

Elementorum figuræ cum ſimplicem tantūmodo ſignificationem habeant, nō poſſunt, ſi ſolitariæ ponantur, hoc uel illud portendere. A. enim pręter ſeipſum nil aliud deſignat, non erit igitur fortunata uel infortunata. Quamobrem non recte ſenſerunt qui nullo ſeruato ordine elementa in fortunas & infortunas partiti ſunt. Rectius autem ſentientes, litteraria elementa ad cœleſtes imagines retulerunt, arbitrantes omnia ab his deriuari, eodemq; ordine diſponi debere, quę in hoc ſenſibili mundo humano artificio conficimus. Qua de re aliqui ea Planetis attribuunt, & A. Saturno. B. Ioui, & ita conſequenter uſq; ad H.

Elementa literarū in manu ad planetas referuntur.

quod iterum Saturno dedicant, ac ipſo Charactere utuntur. Deinceps uſq; ad Alphabeti calcem recto ſeruato ordine ipſa diſtribuunt. Hæc ſecundum Planetæ naturam quem referunt in tuberculis fortunam aut infortunium faciunt.

Aluericus. Aluericus uero arabs in eo libello quem de Characteribus magorum inſcripſit, aliam ſeriem inſecutus literaria elementa hoc pacto partitur. Nam 12. prima, 12. ſignis Zodiaci adiudicauit, Septem uero ſequentia cum duobus alijs, ſeptem Planetis & Capite & caude Draconis. Reliqua quatuor naturalibus Elementis, ultimum uero homini, ut hic inferius deſcripſimus.

Aries

A ♈ Aries.	B ♉ Taurus.	C ♊ Gemini.
D ♋ Cancer.	E ♌ Leo.	F ♍ Virgo.
G ♎ Libra.	H ♏ Scorpio.	I ♐ Sagittarius.
K ♑ Capricornꝯ.	L ♒ Aquariꝯ.	M ♓ Piſcis.
N ♄ Saturnus.	O ♃ Iupiter.	P ♂ Mars.
Q ☉ Sol.	R ♀ Venus.	S ☿ Mercurius.
T ☽ Luna.	V ☊ Caput.	X ☋ Caudæ

Y	Z	&	ꝯ	♃
Ignis.	Aer.	Aqua.	Terra.	Homo.

Seruata hac ſerie eſſet faciliſſimum iudicare, ſi naturam ſigni & Planetæ quis animaduertat. Signũ enim in quo Planeta exaltatur bo-

nam fortunā adfert, si in eius tuber-
culo fuerit, Quòd si ei aduersabitur
detrimentum. Quæ uero quatuor
elementa designant si in proprio ele-
mento comperiantur fortunæ sunt,
uerbi causa ♃. in tuberculo Indicis
quod igni cōsignauimus fortunam
in rebus, quę igne fiunt demonstrāt
& quammaxime in Alchemica cu-
riositate, alio uero in loco infortunā
ignis causa. Eo modo de alijs secun-
dum digitorum & elementorum or
dinem est arbitrandum, ♃ preterq̃
in cauea ubi infortunatur, omnibus
alijs in locis gaudet & bonam fortu
nam inducit.

Questio-nis solutio. Sed diceret quispiam hæc su
perioribus esse pugnantia, Crucem
enim posuimus in eminenti & fortu
nato loco esse felicem, nunc eam
caudę Draconis loco ponimus, quę
omnium fortunā peruertit. Nam ♓.
quędam crux esse uidetur. Cur re-
spondendum est ♓. nullam crucis si-
mili-

militudinem gerere, ſed eſſe res omni modo diſtinctas. Duo enim ſemicirculi ſecundum periferias conuexi hoc pacto,)(. ipſum)(. apud antiquos conſtituebatur. Quamobrem nulla in dictis pugnantia cõuincitur. De his igitur ſatis ſuperq; diximus, nunc ad reliqua tranſeamus.

CAPVT SEPTIMVM
De ſeptem Planetis & eorum natura ac ſignificatu in manu.

QVAMVIS HIC MEus libellus Aſtronomię peritiam expoſcat, ut enucleatius ſingula percipiantur, attamen ne doctis ſolum cõmentati uideamur, quedã. Aſtrologica huic negotio admodum neceſſaria, delibabimus, quæ ſeptem Planetarum naturas affectioneſque patefacient ut quiuis uel

Planetarũ affectiones

uel mediocriter eruditus absque ſciencię alterius adminiculo, perfecte ualeat huius artis quæcumque documenta attingere, primum igitur de Saturno agamus, conſequenter uero de reliquis.

Saturnus & eius qualitates.

Saturnus fortunatus in manu dominator, facit homines inflatos ſpiritu, ſublatis honoribus, raro ridentes, iramq; diu ſeruantes, boni conſilij, Vere dilectionis taciturnos rerum antiquarum amatores, nigris ueſtibus gaudentes ſcientiarum perſcrutatione, nec non de mirabilibus colloquentes, agros colẽtes min,eras cauantes, domus & ædificia conſtruentes, & quorum fides recto iuditio ſemper comprobetur, & qui negotia omnia recti iuditij rationibus compleant. Sed circa uxores & filios erunt alieno ſemper affectu, erunt ſane ſemoti & ſibi uacantes, modicum ſumentes cibũ & potatione multa gaudentes, Vita

uero

uero eorum erit malitiosa, laboriosa, sollicita & assiduis animi doloribus implicata, circa aquam uel aquosa loca habentes uitæ subsidium.

Infortunatus Saturnus quid.

Si uero infortunatus fuerit facit homines tristes, laboriosos, sordidos, humiles & gloriosos, res uiles & sordidas affectantes, indiscretos, instabiles, delatores, & multũ suspicantes, quæ assidue lugubri tristitia sordidentur, facit etiã pleureticos, quartonarios, hydropicos, podagricos, caducos, spasmaticos, & quorum uia longinquis peregrinationibus sollicitetur, carcere, uinculis, longis laboribus & bonorum tarditate, & demum, cum sit Humanę naturę inimicus eã destruit, frigidus & siccus existens. Ex membris humanis dextram aurem, splenem & uesicam uiri, & mulieris melancoliam cum portione pflegmatis possidet, quamobrem cum in-

fortunatus in manu fuerit, eorum aliquod detrimentum denotabit, & quàmmaxime quartanam febrem. Eius homines (quos Saturninos, astronomi nuncupant) erunt colore glauco uel pallido, corpore extenuati, languidi, aspectu turpes, paruis oculis, & compressis naribus, & labij spissi, capilli nigri, spissi atque duri, parui cordis, pectorisque haud magni, sed pilosi, incessu tardi, terram ut plurimum prospicientes, iungẽtes pedes, Ventosi, & aliquãdo gibbosi, rara barba, & sicca cute, sed ut plurimum ingeniosi, callidi, interfectores.

Quo pacto dinoscãtur Saturnini homines.

Iupiter fortunatus quid.

Iuppiter Planeta beneuolus, fortunatus in manu, ac facit homines colentes leges, iusta iuditia, pacem, bonã, uitam abundantẽ, amantes letitiam, ueritatem, religionem, pacientiam & abundantiam Veneris. Hic est deus sapientiæ, intellectus, & usus, & facit homines

mag-

magni animi, magna appetentes, & quibus fides ſemper habeatur, & qui ad magnos actus ſemper inflen- tur, Et qui plus ſibi dent quàm pa- trimonij uel potentię facultas expo ſcat, imperioſos in omnibus actibus ſuis. Nobiles, generoſos, honeſtos, amatores mundicialium rerũ, letos, qui in omni actione delectari deſi- derant, plurimũ capientes cibum, amantes & efficientes amicos com- plures, ſimplices, & qui bene ſem- per conſueuerunt, uita uero eorum glorioſa, notabilis, plena felicita- tis, & omnia quę cunq; cupient con ſequentur, & qui bonis cõuerſatio- nibus ſemper gaudebunt, & mag- norum uirorum teſtimonio prote- gentur, Vxores & filios teneros ſemper diligent.

Si uero infortunatus fuerit, Vitã minuet, & facit hominem hu- milem, abiectum, ſine dignitate, & honoribus, ſine lege, iurgioſum, In-

Infortuna- tus Iuppe- ter.

doctum, & maleuolum cui si hoc coniungatur facit magum & nigromanticum, si Mars medicum, Si ☉. Sophistam, Si Venus lusorem ☿. Mathematicum, Si ☽. Geometricũ ac Ydrometicum. Hic in humano corpore prę est pulmoni, costis, cartilagini, ac spermati, Eius homines

Forma. suntcorpore composito, formoso ac mundo, colore candido, roseis genis, pulchris oculis, magnis & non prorsus nigris, naribus breuibus & non æqualibus, spissis capillis, lata & spissa barba, fixo gradu uestigia ponentes.

Mars Planeta maleuolus, in manu fortunatus ac dominator, facit homines assidue extra patriam peregrinantes, non sine lucro, igne

Mars fortunatus. operantes, iniurias miseris inferentes, sanguinolentos, Viarum obsessores, iracundos, ducentes exercitus, celeres, inuerecundos, fedos affectantes coitus, ac tetrarum cogitatio-

tationum, asperos, inuictos, & qui nullis rationibus subiugentur, immobiles, contentiosos, audaces, periculosos, uiolentos, qui rationibus soleant decipi, multũ cibũ facile digerentes, fortes, equales ignotos, imperiosos, & principalia semper uendicantes potestatis insignia. Sed mentts ardore præposteros, neque circa uxores, neq; circa filios, neq; circa amicos, bonos habentes affectus, & qui res alienas inuida cupiditate desiderant officia uero facient ex igne & ferro, idem præcisiones & cõbustiones, & ex altissimis locis frequenter præcipitat, aut extremas corporis partes frangunt. Mortem autem faciet repentinam aut uiolentam.

Si infortunatus fuerit, nam tunc Viothanata & uiolenta morte interimit, uel igne comburet, & hoc facit, cum speciale signum, id portendens, in manu conpertum fuerit,

fuerit, si ea coniungat Saturnus facit homines chyrurgos & fabros. Si ♃ medicos. Si ☉ Opthalmicos. Si ♀ tonsores ac pictores. Si ☿ Phlebotomaticos. In humano corpore sinistræ auri cholerę, Venis cholerę secundum nonnullos etiam epati dominatur,

Quarum partiū si infortunatus fuerit detrimentū ac infirmitates denotabit. Eius homines sunt oculis sanguinolentis & croceis, capillis rubeis, rotunda facie, horribili aspectu, cita manu, audaces, contumeliosi, leues, callidi, superbi ac mobiles.

Mercuriales homines.

Sol in manu fortunatus ac dominator, est dator uitæ, regni, pulchritudinis, intellectus, munditiæ, fidei, regiminis, principatus, uenationis, iaculationis, sublimitatis, prudentiæ, honestatis, largitatis, gloriæ,

De Sole beneuolo, calido & sicco.

gloriæ ac religionis. Hic facit homines, plenos fidei, ſed inflatos ſuperbiæ ſpiritu, ſapientes, & omni ſpiritu ęquitatis moderatione compoſitos, humanos, religioſos, & qui patres ſuos integro ſemper amore colunt, facit etiam agricolas, patrimonia propria uirtute querentes, efficaces, cordatos, & qui ſemper aquoſa regionum delectatione lętentur. facit etiam tales qui omnes actus cum maxima honeſtate perficiant.

Si uero infortunatus fuerit, contraria antedictis inducet uitia & ualetudines circa oculos, & cæteras corporis partes frequenter facit igne cõburi, mortis uero exitus in peregrinis locis uiolentos publicosq; decernit, ex corpore humano cuſtode habet cerebrum, medullam, uiſum, neruos, in omnibusq; dextræ partis membris portionem aſſumpſit. Cui ſi ♄. coniungitur uillicationem & principa-

principatum denotat. Si. ♃. Principatum in fide ac religione. Si. ♂. ducatum exercitus. Si. ♀. regna & opes mulierum causa. Si. ☿. consiliarius regius. Si. ☽. legationem.

Solares homines. Eius homines sunt corpulēti, flauis capillis & crispis, colore musteli no breui statura ac pulchro corpore.

Venus in manu fortunata ac dominatrix est significatrix ornamentorum, ludorum ac cuiuscunq; generis lasciuiæ, largitatus, luxus, dilectionis, iustitiæ, seductionis mulierum, ac bonorum acquisitionis mulierum causa, Hæc si à malignis manus signis contrarium portendentibus nō impediatur, facit homines delectabiles, lętos, placabiles assiduo luxui uacantes, amabiles, gratos, Venustos, amatores, libidinosos, pios, iustos, & apud quos integra & incorrupta necessitudo amicitię pmaneat, multo potu gaudentes modicū cibū sumentes & qui semp Venereos coitus crebro cupiditatis ardore desiderant, & quorum uita,

animus & institutum, musicis, semper delectationibus inhæreścat.

Si uero infortunata fuerit, totum quicquid ante ꝓmisimus impedit & facit homines impuros, libidinosos & qui assiduis calamitatũ casibus implicent, & qui ex istis amorũ cupiditatibus pulsent infamia, uel qui ꝓpter illicitas cupiditates, uel adulterij crimen, publici discriminis ꝑiculis implicent, & fiant ꝓpter hoc famosa morte uiothanati. Hæc si cũ alijs cõiũgat, cantus & soni uarietatẽ ꝑ planetarũ cũ quibus iungit qlitatibus designabit. Habet ex humanis mẽbris spinã dorsi, nates, lũbos, pectinẽ, Vuluã, pinguedinẽ ac sperma. Eius homines erũt corpore lõgo, cãdido oculis gratis, uenustatis fulgore fulgẽtibus, spissis capillis aut molliter flexis, aut grata pulchritudinis uenustate cõpositis, facie rotũda, ac (maxillis paruis.

Venerei homines.

Mercurius fortunatus in manu ac dominator, portendit oracula ꝓphetarũ, credulitatem fidei, dilectionũ, liberaliũ artiũ

peritiam, augurandi artem, numerandi ſcientiam, nouarumq́ rerum inueſtigationem. Hic facit homines cordatos, ingenioſos, cuncta diſcentes, modeſtos, omnium artium ſecreta diſcere cupientes, modicum cibum potumq́ ſumentes, & qui omnia officia facili ratione pertractent, erunt ſane in omni negatione ſoliciti, & qui ſubſtantiæ facultatem ſuis uiribus colligant, patresfamiliâs ab omni luxuriarum ſepoſiti uoluptate, iuſti, ſibi uacantes & à cõuerſatione publici ſtrepitus ſeparati, & qui omnes religiones quadam trepidatione ſuſcipiant.

Mercuriales homines.

Si uero infortunatus fuerit & infortunæ ſignis applicuerit, contraria inducet. Hic linguam & fel humani corporis detinet. Eius homines ſunt corpore modicum gracili & quod facietenus pallor inficiat, oculis gratis & uenuſtis, fronte

eleua-

eleuata, longa facie & naſo, rara barba, longis digitis.

Luna ſi in manu fortunata ac dominatrix fuerit, denotabit legationes, mandata, opus aquarum, nauigationes, principatum, ac terrę cultum. Hæc faciet homines ſtabiles, honoratos, ordinatos, honeſtos multum cibum ſumentes, potu paruo gaudentes, facit etiam in aquoſis locis eos aſſidue cõmorari, ſed circa uxores, filios & matres pronos ſemper facit eorum effectus.

Si uero infortunata fuerit uitia circa oculos ſemper efficiet, aut ex phlegmate infirmitates inducet, uel aquoſo humore. Cum qua ſi cõiungitur. ♀. Honeſtum & ſuauem facit. Si. ♃. Benignum, religioſum & bene moratum. Si. ♄. Simulatorem & inuidum. Si. ☉. Regem & principem. Si. ☿. Rheto-

Vitia circa oculos.

rem atque gramaticum. Ex membris humanis portionem, in omnibus membris ſiniſtræ partis ſortita ſibi, uendicat, ſtomachum, uentrem & mulierum genitalia. Eius homines ſunt corpore albo, & pro membrorum qualitate proportionato, oculis ſubnigris, iunctis ſupercilijs, rotunda facie, beneuoli aſpectus, pulchra ſtatura, in cuius facie ſignum eſſe ſolet.

Lunæ homenes.


Has planetarum naturas curſim annotauimus ut, ſtudioſus lector inde poſſet uberrimos fructus excerpere, ac Chyromantica iuditia perfectius abſoluere. Subijciuntur tria carmina proprias quasdam planetarum naturas decernentia, huic negotio quàmmaxime neceſſaria.

Falcifer eſt cãcer, uia Mars, aſt Iupiter eſt lex.
Sol uitam, uxores atq; ornamenta cytheræ.
Mercuriuſq; ſophon, largitur aquatica Luna.

Caput

CAPVT OCTAVVM
de peculiaribus quibusdam Characteribus in planetarum tuberculis, peculiare quoddam portendentibus.

SCALA VEL CRATES in tuberculo Saturni facit hominem anxium, quartanarium, & qui in carcerem aliquando detrudatur yliacos dolores & rhenũ patientẽ.



Talis figura eodem in loco captiuitatem & seruitutem, in Iouis tuberculo sacerdotum persecutiones ac detrimenta eorũ causa. Scala in ♃. Vel ☉. tuberculo ad dignitates gradatim ascensum præbet, hoc idem faciunt stella & circulus & quàmmaxime in Iouis tuberculo, quo in loco circulum uel coronam dignitatem regiam denotare dicunt.

X Vero græcum, sacerdotalem, Philistonius aurumat & maxime si Iouis tuberculum cæteris fuerit eminentius. Scala in Veneris tuberculo paupertatem & inopiam mulieris causa, In Mercurij cauea cauillatorem. Sed in his quæ manu fuerint solertem admodum facit. In Martis tuberculo tales characteres faciunt furem, homicidam, depopulatorem, grassatorem, & qui aliquando mortem sibi inferat. Hoc idem prestabunt obtorti & à sapientibus repudiati characteres.

Fur & Homicida.

Artificum instrumenta, in ipsa manu comperta, ut malleus, subula, culter, peritiam in eo genere demonstrabunt, Si in congruis locis fuerint adinuenta, ut in Planetarum finibus quibus ars ipsa subijcitur. Nam clauus uel malleus in Martis tuberculo fabrilis artis peritiam

De instrumētis artificum in manu repertis.

tiam largitur, ſi uitæ lineam tetigerit, tunc enim hominem cruci affigendum portendunt. Vncus ſub Sole uel tortuoſa línea, hominem in aquis ſubmergit, itidem faciunt plures ſemicirculi & incompoſitę lineę.


In tuberculo ferientis prope Lunam. Altera parte longius uel rhomboides in Veneris tuberculo uiuum ſepelire facit. Rota in Mercurij cauea figulum, in Martis & lunæ ſupplicium per rotam.



Tales figurę ſub Ioue & Marte igne comburi & maximę in Martis tuberculo ſi linea uitę applicuerit



Talis figura in tuberculo Martis ꝓpè uitæ lineam, patriæ proditorem & conſanguineorum interfectorem



Tales figurę in tuberculo Veneris ac in manu mulieris ſiniſtra, multorum uirorum appetentiam faciunt, & fœ

Caue ab hac manu.

minam quæ se ſtuprandam innume ris procis ſubijciet: Cui ſi uir fidem adhibuerit decipietur, & quàm maxime ſi tales lineæ fuerint uario rubore perfuſę.

Eſt itaq; pro generali prœcepto in hac, artem obſeruãdum, quod inordinatæ figuræ ex tranſuerſis lineis, nil ſpeciale apud ſapientes denotantibus, conflatæ Planetam illum perturbant, atq; infortunatum reddunt in cuius tuberculo fuerint adinuentæ. De eoq; ferendum eſt iuditium, ac ſi in ſuo detrimento aſpectu quoq; malorum in horoſcopali figura exiſterent. Quamobrem ad Aſtronomiæ prœcepta eſſet confugiendum, ſi quaſcunq; minutias penſitare quis uellet, quam hoc loco docere ſuperuacaneũ eſſet: nunc ad ſpecialia linearũ iuditia tranſeamus.

Liber

LIBER SECVNDVS CHYROmantiæ de Incisuris manus & earum nominibus atque iudicijs.

CAPVT PRIMVM DE VItæ linea & eius iudicio.

POSTQVAM SVPErius pro ingenioli nostri imbecillitate explicauimus, quæcunque incissurarum iudicia antecedunt, nunc series orationis expostulare uidetur, ut ad ea pertractanda accedamus. Primum autem iudicium circa uitam esse debet. Eius enim obiectum est substantia, quę inter cętera entia pri

Linea uitæ.

mum locum ſibi uendicat, quàmob rem de linea uitæ primitus eſt agendum.

Linea uitę ea nuncuptatur, quę tuberculum pollicis in extremitate circundans diſcriminalem uerſus proficiſcitur, hæc explicatione pollicis ad uolæ interiora formatur, quæ ſi ampla, continua, oblonga, & rubicunda fuerit atq; uſq; diſcriminalem porrecta, ſpacioq; decenti epaticæ adnexa longeuos facit, ſecus uero ſi fuerit, annos minuet. Ab hac quædam exiles lineæ exortæ, ac per tuberculum pollicis protenſę facient diuitem, ingenioſum, & qui honoribus decorabitur, & optatis rebus fruetur. Sed ſi inferius ad caueam uergant, laſciuum, inconſtantem, pauperem, & uoti impotem, quæ ſi rubidæ fuerint impatientem & iracundum. Duo orbiculi inter uitalem capitalemq; diſcriminalem uerſus, luminibus capi. Qui ſi per-

Longæ uitæ.

fectum

fectum orbem non clauſerint, ſtra-bones uel Ophtalmicos facient. Rubicunda uitra modum iram cõ-mouet, ſed ſi propè diſcriminalem rubor acceſſerit, ſeuitiam concitat. Si prope Epaticam magis, Yliacos morbos. In caueam ſi in obliquum deflectant, libidinoſum, fraudulen-tum & proditorem facit. Si ramos iuxta diſcriminalem iecerit, paupe-riem, ſi iuxta epaticam, diuitem, & honoribus inſignem. Lineæ à uitali exortæ, epaticam uerſus triangu-lũ facientes, ſtudioſum, fidelem & poſt calamitates fortunatum. Vita-lis ſtigmoſa ac rubidis quibuſdam maculis absq; ordine intincta, facit libidinis impatientem, iurgioſum, & qui in naturalibus membris ali-quando patietur. Tres ramulos in eius cacumine, tres paruulos hemi-ciclos conſtituentes, futuram por-tendunt lepram. Si rubicunda, craſ-ſa & tumida, pollicis tuberculum in

Studioſi & fortu-inat.

grediatur, pronum in homicidium: Si terreus in ea color & spissus, rusticanum & sine moribus hominem facit. Si à uitali, ubi cum epatica iungitur paruula linea ad epaticam descendat, uulnerari in pectore, Stella in eius fine, uel crux, opes senectuti parat. Stella inter uitalem & epaticam laudibus celebrem reddit, ex studio & literatura.

CAPVT SECVNDVM de linea Epatica & eius iudicio.

LINEA EPATIS EA dicitur quæ uitali annexa inferius ubi cauea porrigitur pendere uidetur. Hanc efficimus cum quatuor palmæ digitos plicamus, ac discriminalem uersus producimus, recentiores mediam naturalem appellauere. Hæc si fuerit recta, longa & cõtinua, syncerum epar denotabit, Si rubra & lata longam uitam ualidamque

Linea media naturalis.

damq; naturam. Breuis sępius dis-
secta, & gracilis malam epatis com-
plexionem, facitq; hominem ualetu
dinarium & laboris impatientem.
Capitalem uersus, nimio rubore suf
fusa, inducit cephalicam passionem,
uel apostema periculosum, ex epa-
tis debilitate. Si eodem in loco pal-
lida fuerit ualetudinarium & labo-
rum impatientem, ab ea riuuli per-
trianguli caueam, ferientem uersus
proficiscentes, itineribus ac peregri
nationibus implicari facit. Exten-
ta ubi cauea declinat, timidum in re-
bus gerendis, iactabundum & irra-
tionabilem, palliditate maculæ &
crassæ in ea tremores significant.

Rubicundæ & inordinatæ abo-
minabiles faciunt, & nullius gra-
tiæ, oblonga & ad ferientis usque
metam porrecta, pauperem in se-
nio, per ferientis tuberculum de-
uoluta, discriminalem uersus, sce-
lestissimũ hominem, insidiatorem,
furem,

furem, & qui in ſenio inopia labora
bit, quamuis longam ſit habiturus
periodum. Thoralem contingens
nequam impudentem ac infortuna
tum facit. Orbiculi in ea tot præſagi
unt homicidia, Circuli ſi orbem non
clauſerint tot uulnera. Obliqua, di-
ſſecta diſcontinuata, ac fuſci coloris
ſolitarium, furem, mordacem & in-
humanum, & qui aliquando à feris
dilaniabitur, Si in fine binę exiguæ
lineolæ ei coniungantur, uulneran-
dum in pectore, Si epatica è regione
tuberculi infamis terminatur, eoq́
in loco in thori margine paruula
crux extiterit, mortem indicat præ-
maturam. Si diſcriminalem uer-
ſus interitum ex furto. Si in fi-
ne bifurcata fuerit acutū́q
angulum uerſus diſcri-
minalem fecerit, ex
ſcelere cōmiſ-
ſo morte
punit.

Homicidæ quales.

Caput

CAPVT TERTIVM de Cephalea siue capitali.

LINEAM CAPITIS uocamus quæ iuxta ferientis tuberculum, pasim triangulo prebet. Ea figurabitur cum pollicem, uersus plamæ digitos manum aut ad interiora uolæ secundum longitudinem plicabimus. Hanc, decepti recentiores, epaticam dixere, quorum sententiæ & nos aliquando acquieuimus, sed probatiores autores cæphaleam appellarunt. Hæc si fuerit lata, recta & non insecta, bene colorata & ad discriminalem usque deducta, bonam cerebri totiusq; capitis dispositionem indicabit, hominemq; facit ingeniosum, in agendis rebus promptum & expeditum ac firmi propositi, quę si uitali, idonea proposione, cõnectatur, años augebit, bre-

Bona cerebri dispositio.

bit, breuis, obliqua atq; in plures partes dissecta, uel admodum graci lis, somnolentum, facit timidũ, rudem ac stupidum, & qui rebus gerendis minime erit idoneus. Si uero in ipsa cauea finiatur, nec ad uitalẽ aut discriminalem pertingat, uitæ annos minuet, in uitalis & epatica secus aperte demonstrauerint, facit nihilominus hominem timidum, inconstantem, loquacem, mulieribus inuisum, & qui multa incipiet & pauca perficiet, & qui aliquando furijs agitabitur, qua de causa ferro se percutiet, & qui maritimis tempestatibus atq; procellis uexabitur, atq; extra patriam morietur, quorũ sunt fugienda consortia. Si in termino capitalis, ferientem uersus, pendeat furcula, duplicis ingenij fore hominem arguit, & qui duas tentabit leges bisq; initiabitur & similiter in ceteris rebus efficiet.

Si hæc furcula ampla fuerit, diu mansu-

manſurus in ſecunda conditione: Si breuis parum. Si crucē in medio manus thoro, fuerit ac ſignum eius craſſum longumue manſerit, uoti impotentiam neceſſariorum indigentiam, animi tamen liberalitatem pręſagit. Si fouea in media, capitali fuerit furem facit & callidum, qui hac caruerunt linea, ſtupidi, rudes ac ſomnolenti habentur.

CAPVT QVARtum de linea thorali ac iudicio.

THORALIS LINEA ea dicitur quę à ferienti manu, exoriens iuxta minutuli tuberculū per aliorum cōfinia uerſus indicem tendens thorum ſiue (ut alij) menſam inter eam & epaticam in media cauea dereliquit. Cauſatur quoque explicatione quatuor digitorum ſupra pollicis tuberculum, quæ ſi fuerit re-

Proditor & insidiator.

rit recta, longa, lata, siue crassa, & à ferienti deriuata cum profunditate & rub edine, denotat bonam totius corporis complexionem, maximamq; gingnēdi potentiam, nec nō longam uitam, & membrorum robur. Quod si ceteræ lineę suos seruabunt numeros iustitiam, ac in bene agendo perseuerantiam demonstra habit.

Crassa scindens indicis tuberculum, facit crudelem, proditorem, interfectorem, inuidum, fraudulentum, & qui regnandi auiditate teneatur, qua de causa erit insidiator & interfector, quemadmodum de illis dicitur, qui in aurora die Martis in lucem prodeunt, à quo homine ueluti à Syreneo scopulo esse cauendum talia signa nos admonent.

Vulnus in capite.

Thoralis si ab indicis tuberculo deflectat spatiumque illud ingrediatur, quod inter indicē & infamē

iacet,

iacet (quod Chyromantici ſciſſurã appellant) facit hominem ſæuum & qui aliquando ob illatum in capite uulnus morietur. Quod ſi talis linea fuerit pallore ſuffuſa, fluxu uentris moriturum hominẽ portendit, ſi uero ramulus thoralis & non integra linea ſciſſuram illam intrauerit, uel è regione reſpexerit, thorali ſuam proportionem ſeruante. Licet uulnus præſagire uidetur in capite, non tamen mortem. Quamobrem ſunt admonendi tales, ne pugnæ aut bello interſint.

Solet extra thoralem linea quædam apparere in tuberculo, infamis & pendere ceu ramus, qua inerudíti quidam pro linea capitis uſi ſunt. Hęc ſi nimis craſſa, et rubra extiterit uulnus in capite demonſtrat, medicoriter craſſa & flaua in oculo exilis & pallidula, in inferioribus partibus uulnera, ſub eodem. Si lineæ capillares, pallidulæ comperiantur,

Vulnera in brachijs

uulnera in brachijs , si rubidę fuerint, in pectore.

Ramulus thoralis medium digitũ scindens, audacem facit & probum. Paruulæ lineæ & exiles thoralem in uertice scindentes, multa circa frontem faciunt uulnera. Thoralis ad lineam capitis flexa adulatorem facit, blandientem, mendacem & mussitantem. Quod si capitali cõnectatur, facit furibundum, fraudulentum, ambitiosum, proditorem, adulterum, fornicatorem, & quem aliqnando collatorũ beneficiorum pœniteat. Si thoralis uitalem contigerit subito morte hominem necat, sed si ramulis & non integra linea secus accidet. Breuis thoralis in thori meditullio, uitalem pertingens, & supra flexuram hemicyclus, idem presagire uidetur. Transuersa linea in termino ferientis thoralem intersecans uiolenta & improuisa morte homi-

Mors uiolenta.

hominem interimit. Si à medio sursum uersus indicē rubida fuerit, dolorem capitis & inanitionem stomachi epaticamq; passionem ostendit. Si feriente uersus, colli & spatularū dolorem. Orbiculi deorsum in fine thoralis, orbitatem oculorū. Orbiculus thorali annexus uel eidem imminens, regū nobilitatem, ac dominandi potestatem, pręsagit. Linea sinuosa, ut anguis, in indicis tuberculo cacumini thoralis añexa lineæ quæ ab infami proficiscenti coniuncta furem, facit, lusorem, fraudulentum, seductorem, grassatorem. Pallidulæ lineæ, thoralem scindentes, debilitatem arguunt stomachi. Maculę in thorali uel iuxta, cruditatem stomachi & dolorem in costis, si recta uia ad indicis tuberculum proficiscatur, opes & honores, Si uero ad infamen deflectat, inopiam & ingnominiā docet, cauata & rubida, luxū & libidinis impa-

tientiam. Quod si in ea fuerint rubida granula & dispersa, podagrã & chyragram facient. Si pallida fuerit debilitatem arguit genitalium, nec non testicularios morbos & libidinis impatientiam. Si ramosa fuerit indicisque tuberculum suis uestierit ramulis, in diuite opum & honorum augmentum prebet, in paupere paulatim ad ea ascensum cum tarditate. Si ramis pertingens articulum indicis, infortunatum, pauperem, & uulnerandum. Ab indicis tuberculo porrectus, thoralis ramulus pollicem uersus, fortunatum hominem & liberalem facit.

Podagrici & chyragrici.

Thoralis ramuli capitalem uersus decipiendum blandicijs & bonis uerbis indicant. Thoralis uitali coniuncta sub effigie anguli & capitalis quæ dicitur subesse nusquam est, detruncationem capitis repentinã, capitalis si subest, imminet ei periculum sed euadet. A tuberculo indicis si in-

Decapitandum uirum significat.

ſi infamem perſpexerit, propinquorum odium ſub ſpe bonæ fortunæ ſignificat. Ramuli tantum duo in cacuminne è quibus ſi alter pollicem ſpexerit, alter uerſus indicem, portendit fortunæ mediocritatem, & tantum in neceſſarijs cōmoditatem, & negotiorum abſtinentiam, & is qui habuerit aduerſabitur fœminis & pro eo alij lucrum facient ſciſſuræ in ea craſſæ & ſine ordine coloratæ, pedicationem & ſuis manibus uirilium tractationem demōſtrant.

Scala uel gradus in indicis tuberculo eius cacumini annexa gradatim, ad honores & dignitatis aſcenſum prebet. Sciſſa ſupra modum tranſuerſalibus lineis, egritudines corporis, & odia magnorum principum prænunciat. Quot fuerint lineæ à thorali diſcriminalem uerſus, tot filias, uerſus uero minu-

tulum, filios & uxores. Fouea prope thoralem apparens è regione minimi, hominem diligentem religionum & literarum significat. Si thoralis cum Epatica claudatur angulũ què fecerit, auaritiam, & bonorum & uitæ diminutionem. Si non clauditur & proportione distat, hominem sanguinolentum, & ob inuidiam alijs inferentẽ mortem. Bipartita in feriente uel multipliciter ex utroq; latere dissecta cum angulorum caussatione inimicos pro linearum numero ostendit, horum uictoriam consequentur. Si predictæ lineæ, angulum facientes, exiles fuerint, thoralisq; recta & bene proportionata. Si uero fuerit extrathoralẽ in uertice exilis, à tuberculo indicis ad infamem reflexerit inimici potestatẽ & uictoriam insinuat, debereq; illum hostili occumbere dextra. In fine si duo brachia iecerint unum dextrũ, alterum sinistrum, dextrum uersus

Auari.

discri-

discriminalem sumitur, sinistrum ex minutuli latere, inimicos designabit sed à sinistra longe est potentior inimicus, a dextra uero si crassa & rubicunda fuerit linea ualde timendum significat hostem. Has duas si tertia secuerit linea affiniũ & proximorũ inimicitias indicat amicorũq; infidelitatẽ multisq; laboribus necessaria ad uictum acquirenda esse. Thoralis discontinua, impotentiam coeundi designat. Thoralis recta & ab Epatica æque distans Thorumq; æquali constituens spacio, bonam in homine cõplexionẽ indicat, hilaritatem, amicabilitatem, fidelitatem, ac liberalitatem. Si uero non æquali spacio ab epatica destiterit malam hominis complexionem & naturam portendit, nec nõ leuitatem & malã fortunam.

Impotẽtia in coitu.

CAPVT QVINTVM de lecto, thoro, siue mensa manus.

Bona hominis natura.

THORVM ILLVD APpello spatium, quod inter epaticam & thoralem in ipsa manus cauea intercipitur. Is si æqualiter rectus & amplus fuerit bonam naturam, amicabilitatem cum omnibus pietatem, fidelitatem, & liberalitatem cum hilaritate significat, qui tale signum habuerint, suis gaudebunt laudibus & gloria. Qui latum ferientem uersus, arctumq; ad indicis tuberculum. In prima ætate libere dabunt, in ultuna uero parsimonia utentur deq; rebus iam datis eos pœnitebit.

In thoro æqualiter lato si nulla crux aut trãuersalis linea apparuerit per se-

per ſeuerantiã in operibus, gloriam & optimo ſtatu uſq; ad uitæ finem demonſtrabit. Crux in medio thoro inopiam & ob mentis leuitatem patrare facinus, qua de cauſa patria exulabit.

Perſeuerãtia in bonis

Si uero eo in loco ſtella fuerit ſubrubea ſanctimoniam, religionẽ, iuſticiam, fidelitatẽ, Verecundiam, nec non male actorum pœnitentiam, amorem erga fœminas, in prima ætate inopiam, ſed in fine rerum omnium affluentiam, ſi in medio auguſtus, amplus uero in extremitatibus, extiterit, uoluntatem exhibendi ſignificat cum impotentia.

Si in ſpeciem arcus, Epaticam uerſus deflectat thoralis ita quod nullum uel arctiſſimum in medio ſpacium derelinquit, facit cauponarium hominem, luſorem, prodigũ, omnia meretriculis exhibentem, temulentum, & honore ac dignitate

ut plurimum carentem ob malorum consuetudinem.

In thoro linea scindens capitalem, hominem multum agere & nil deliberare, multa polliceri, pauca obseruare. Ire è regione in regionem, labores, animi impotentiam, mentis leuitatem, capitis dolorem, patriæ destitutionem, assiduam quoque peregrinationem, denotabit.

Homo futilis & peregrinus.

Paruus circulus eodem in loco, doctrinã & mores, si triangulus in uno opere perfectionem, in altero incœpto contrarium. Si duo non se aduerse inspitientes, in omnibus rebus bonum euentum, Si uero se inuicem angulatim aspexerint, in uiris fœminarum abstinentiam, in fœminis contra abstinentiam uirorum. Si angulus acutus epaticam tetigerit, immortale inimicorum odium demõstrabit si thoralẽ basi suel eius

latior

latior pars, furem. Si acutum angulum in thoro existentem transuersa secuerit linea, uel directū tetigerit, inter arma & bella moriturum, si due, periturum aqua uel igne, Quod si superior fuerit longiorum aqua tantum, si inferior, igne, in thoro strictus angustus triangulus, ad modum pinaculi, domesticos, & familiares inimicos demonstrat.

CAPVT SEXTVM de triangulo manus ac eius iudicio.

TRIANGVLVS EX VItali Epatica & capitali conficitur, is nullam ex seipso significationem habet, sed linearum quæ ambiunt & conficiunt, naturam sapit. Is cum æquis lateribus, indicat possessorem multi nominis, amatorem longe uitæ, boni ingenij moderatū & fide-

Mercuriales à trianguli forma

& fidelem, rerum nouarum inuentorem & tales, ut plurimum solent Mercuriales iudicari. Si non habuerit æqualia latera ex uitali & capitali, miseriam in homine portendit, insipientiam, furorem, liuorem, & abiectionem. Cuius summa pars è regione medij & indicis si in cauea cõnectitur, miseriam, humilitatem, metum & auiditatem pecuniarum. Idem angulus propior tractui, infamis & indicis bonam naturam portendit, ingeniositatem, sapientiam, rectitudinem & deliberationem proprij negotij, honores, dignitates cum amicitia & consilum dominis gratum & acceptabile, Eius sũma pars, quæ ex epaticarum uitali constat, si nimis distans diuisa, inæqualis & obliqua fuerit, calliditatem in homine qui nimium sibi placuerit, liuorem, crudelitatem, uanitatem sermonis detractionem, stultitiam, luxuriam, prodigalitatem, mendatium,

tium, inſtabilitatem, ambitionem malignitatem, infidelitatem, ſine religione, quod ſignum in ſeruo captiuitatem cū difficili ereptione, ſignificat, in principe calamitatem & miſeriam, cum miſero & deteſtabili fine. Horum horoſcopum ſi quis inſpexerit Martem dominari comperiet.

Mors inter laniatꝰ ferarum.

Triangulus in ſum̄o angulo non connexus ſed parum diſtante uitali & Epatica conſtitutus, errores, lites, bella, periculoſa itinera, uel mortem inter ferarū laniatus. Linea ſuperior in ſum̄o triangulo ſi longior ceteris trianguli lineis fuerit, furem. Contra breuior & ceteris craſſior, homicidam, ſubtilior luxurioſum, rubicundior ſanguinis effuſionem, pallidior, periculum ſtrangulatonis gradus in ea, in uiro adulterium, in fœmina craſſitatem ſignificat, Si ſum̄us angulus acutus rectis conſtituatur lineis, ingenioſum

niosum, fraudulentum, & mendacem, si non acutus sed obtusus angulus fuerit, in rebus aduersa & infamiam. In medio extensa linea in suma anguli pertingens utranq; lineam, ueneno aut lethali uulnere periturum hominem demonstrat, transuersa linea uel duæ utranq; lineam anguli pertingentes & non egredientes sed æqui distantes, factarum impensarum & largitionis poenitentiam. Si uero alteram anguli lineam non contigerit, ebrietatem cum uoracitate. Exeuntes metas anguli ex utraq; parte hominem malignæ uitæ, inuidum, & detractorem, in fine tamen fælicem ostendit. Si intra angulum crux extiterit hereditatem ex muliere, si plures cruces, plures hæreditates. Si in alicuius anguli sumitates tale signum fuerit

Crucifigendus uir.

73 fuerit cum lineola ſupra hominem in cruce periturũ. Si triangulus æquilaterus fuerit, in eiuſq; ſum̃o angulo hemicyclus uitali annexus cõſtiterit, cuius cornua uitalem inſpexerint, fortunarum & bonorum augmenta gradatim denotabit. Si uero aliò cornua porrexerint luminum cęcicatem. Si alius iuxta epaticam ſimili modo Epaticam inſpexeritr, erum bonorumque perditionem, gradatim portendit.

Cæcitas.

Si aliò cornua deuoluat, domus & familiæ perturbationem. Paruulæ lineæ in medio trianguli, ſi laterales trianguli lineas ſecuerint, ac trianguli formam perturbauerint magnam inſtabilitatem locorum patriæque mutationem indicabunt.

In manu mulieris ſi in trianguli meditullio tale ſignũ inueniatur

3 inueniatur rectum & rubidum, ex ea futuros indicat mares, si uero pallidum & transuersum fœminas. Si angulus qui ex uitali & capitali discriminalem uersus conficitur, fuerit decentibus lineis conclusus & bene apparens, in homine demonstrat magnam uirtutem, misericordiam, & natura procliuem ad bonum. Si principales lineę triangu li formam constituentes, suis inter se constabunt proportionibus, isq; angulus est acutus, acumen ingenij cũ instabilitate, fatuitatem, immodestiam sine deliberatione rerum gerendarum, Si uero proportionem non seruauerint, angulusq; summus in cauea infamem è regione prospexerit, talisq; angulus fuerit acutus, diminutionem uitæ & salutis cum auaritia significabit. Idem non acutus pallidus, ægritudines. Si uero nullus ibi, sed discriminalem uersus, angulus extiterit, falsum, fu

Acumen ingenij.

tilem,

tilem, infidelem, infidum, instabilem, proditorem, & insidias in pernitiem sociorum querentem exliuore, Vt illis accidit quorum horo scopum inspicit linea. Quæ linearum inæqualitas cæteris alijs signis sine sua proportione apparentibus, indicat latrocinia & rapinas, Angulus infimus qui ex Epatica & capitali constituitur & bene dispositus & suos numeros seruans, solertiam intellectus, naturæ bonitatem & modestiam. Si interruptus, obliquus, & non decentibus lineis conflatur, hominem infortunatum in rebus suis & insipientem cum fine detestabili. Si reliquę lineæ angulares suam proportionem non seruabunt & angulus talis obtortus & obliquus fuerit breuitatem uitæ portendit, acutus & suæ proportionis, fidem & ueritatem, non acutus nominis claritatem & in omnibus securitatem designat.

latrocinia & rapinæ.

Breuitas uitæ.

CAPVT SEPTIMVM de quinque alijs lineis, scilicet, uia lactea, uia solis Saturnina, uia combusta, & cingulo Veneris, & earum significatione.

VIA Lactea, ea uocatur linea, quæ prope discriminalem, uel ab ipsa discriminali exoriens per confinia tuberculi ferientis, ad Veneris usq; tuberculum proficiscitur, quam ideo lacteã appellamus, quoniam homines lacteæ & delicatę naturæ esse demonstrat, si capitali connectitur, bonam cerebri complexionem & mentis agilitatem significat. Si eam intra uel infra triangulum dimiserit, mentis stupiditatem sine deliberatione. Si uero discriminali principium sumpserit, & cum capitali coincidens, angulum cum uitali constituerit usq; ad tuberculum

Ingeniosi.
Stupidi.

culum Veneris recta proficiſcatur, hominem longæ uitæ liberali facie, dulci colloquio, pulchris ueſtibus & mundicia corporis gaudentem, mulieribus gratum & cum his fortunatum portendit, & tales benigno Veneris ſydere gubernaturum. Si uero pluribus lineis in fine interſecabitur uel unica tantum crucem facientem, hominem inſtabilem, uanum & mulieris cauſſa maximū damnum paſſurum & forte incarcerationem ob commiſſum facinus. Si ad Veneris tuberculum non recta deueniat, ſed per ferientis tuberculum ad inferiora deflectat, mulierem beſtialem & immundam. Quot ramos ſupra ferientis tuberculum proiecerit tot inimicos & in cōcubitum riuales demonſtrabit.

Mulieribus grati.

Via Solis.

Via Solis ea dicitur, quæ per medium caueæ ad tuberculum Solis deducitur. Hæc si à uitali oriatur tectaq; ueluti sulcus ad tuberculũ, Solis deueniat, regiam dignitatem, bonam complexionem, diuturnam uitam, futurorum præsagia, & diuinandi artem in homine significat, quæm merito fælicem dicere & appellare possumus, si cetera huic respondeant signa, nullisq; intersectionibus perturbetur. Si uero à thorali oriatur nec intersecetur alicubi, tuberculumq; solis, in duas partes ueluti sulcos diuiserit, gratiam cum principibus, ingenij solertiam, liberalium artium studium cum nouarum rerum inuenione. Crux in eius, principio, intra thorum antedictorum fortunam perturbat. Simili modo si pluribus lineis intersecetur, studio resistit & principum gratiæ in medio. Si orbiculus, fuerit oculi cæcitatem. Si nodus carneus, in aquis

Principibus grati & studiosi

aquis infortunia. Si ſpacium inter mediũ & ſalutarem intrauerit, cæpto ſtudio, boniſq; acquiſitis affert impedimenta. Sed ſi recta per articuli medium inceſſerit magnã omninũ rerũ periciam, maximas opes munere principum denotabit. Cingulum Veneris id dicitur quod inter indicem, & medium principium ſumens, in girumque ueluti ſemicirculus pergens adannularis digiti atq; auricularis inter media ſpatia proficiſtitur, id ſi in manu expreſſum & rubidũ fuerit, impatientiã & circa omne laſciuię genus, ſollicitudinem, mendacem & uaniloquũ, inſipientem ac inſatiabilem hominem demonſtrat. In muliere adulterium & inceſtum, hinc ſi alia coextendatur linea, propinquorum ſtuprum cum feris concubitum maſtuprationem & pedicationem denotabit. Si in eo quædam puncturæ ſiue orbiculæ apparuerint, feritatem,

Mulier adultera.

iracundiam, & cum maribus concubitum. Si paruulis lineis intersecetur circa prædicta impedimenta coeundi impotentiam, scire tamen oportet uiam Solis cum cingulo Veneris coniunctam, infortunia pro sua qualitate diminuere, sed ut plurimum tale signum habentes sunt superbi, leues, iracundi & libidinosi, sed ad liberales artes maxime idonei. Dimidiatus maximam obeundi uoluntatem cum impotentia multarumq; rerum principia cum detestabili fine.

Superbi et iracundi.

Via combusta quædam appellatur linea quæ ex portiunculis linearum dissectis constans, per mediam palmæ ad Saturni tuberculũ deuenit. Eadem si integra fuerit & non intercisa, Saturnina dici consueuit. Quam ideo uiam, combustam appellamus, quoniam earum linearum quas intersecuerit, significata, bonumq; euentum & pro-

Via combusta.

sperum

ſperum, deſtruit & comburit, hæc omnium malorum eſt mater, anxietates enim inducit, morbos colericos & melancholicos, fugas, & perſecutiones, carcerem & accuſationes, & deniq; id omne quod miſeram uitam reddit. Huius uim ſi ceteræ lineæ, ſuas proportiones numerosq; ſeruabunt, ſolere uincere & ſuperare ualent. Saturnina ſi cum uitæ linea coniungatur rectaq; & non interſecta ad Saturni digitum deuenerit, triãgulusq; ſuã ſeruauerit proportionem, diuturnitatem uitæ demonſtrabit hominem quoque profundi cõſilij, ſecretum & callidum, ſed ceruicoſum, ſuperbũ et dedignoſum, hoc idem ſi à diſcriminali oriatur, oſtendet.

Saturnia.

In huius fine ſi crux uel furcula fuerit, carcerem, accuſationem, perſecutionem & fugam, & tales ut plurimum proditores habentur & maledici.

Nunc quibus Planetis membrisq; correſpondeant lineæ, eſt aperiendum & prius de diſcriminali aliqua ſubijcienda ſunt.

CAPVT OCTAVVM de diſcriminali & de reſpõdentia linearum cũ ſeptem planetis & membris humani corporis.

DISCRIMINALIS EA dicitur linea quæ palmã à brachio diſcriminat, eam alij reſtrictam nos caudam draconis dicere, conſueuimus, hec ſi fuerit unica cõtinua & recta brachium circuens, hominem diligentem boni ingenij, & moderatione rebus ſuis agendis conſulentem & ſtudentem ſemper bene uiuere.

Opes in ſenio.

Obliqua non continua & in ſerua, uagum, miſerum, ſeruum, rebus ſuis

ſuis minime conſulentem, parum quoq; diligentem in rerum adminiſtratione & tales ut plurimum in ſenio paupertatem & inopia premuntur. Si in ea uariæ lineæ ſe interſecuerint, indebita diſtantia ad modũ ludiſcacorum, hereditates futuras & opes ſenectuti parant.

Simili modo ſtella & triangulus ſi binæ uel ternæ lineæ à diſcriminali ex oriantur, ac per ferientis tuberculum ad locum lunæ deuenerint, longam in mari peregrinationem cnm ſubmerſione denotabunt lineæ, hoc pacto planetis membriſque reſpondere dicuntur. Nam uitæ lineam Soli & cordi, Epatica Marti epati & choleræ, Thoralis Veneri, ſpinæ dorſi, ſpermati, aliqui eam totum corpus referre autumãt. Linea capitis, Lunæ ſtomacho & pulmoni. Totus triangulus Mercurio, Luna uitalis coextenſa (quæ Martina dici conſueuit) Marti, quę

Quibus planetis ac partibus corporis leneæ reſpondeant.

fel & renes repræſentat. Quamobrem furibundòs homines & irrationabiles efficit, ſi lata & rubida Martis tuberculum deſulcabit. Via lactea Veneri ſubeſt, Via Solis Soli. Combuſta & Saturnina Saturno & ſpleni, quæ ſi inſecta & obliqua fuerit ſpleneticos facit, Cingulum Veneris Veneri, & Iouis linea diſcriminalis draconis caudæ.

CAPVT NONVM DE lineis circa quinque digitos & eorum tubercula comperitis & earum significatione.

REDDITA EXPEDItaque principalium linearum notitia tempus exigere uidetur, ut de reliquis agamus. De his igitur lineis quæ circa quinque digitos et eorum tubercula oriuntur, tractatum, faciemus, primum de pol-

pollice & eius tuberculo dicendum est.

Longa linea iacens iuxta uitalem eidemq; imminens. Si directa, crassa & bene apparens fuerit hominem designat malum, libidinosum, uagum, furibundum, extra patriam periturum, sicci cerebri, omnia agentem sine deliberatione, sine amicis, cito labentem in conuitia, sine uxore turpia & detestabilia facientem, pueros insectantem, & adulteria committentem, quorum causa uulnerabitur, uel pœnas dabit. Sed si uitalis sub ea suam proportionem seruabit, luendas pœnas adimet, quam ut supra meminimus, Martinam uocamus.

Linea martis.

Linea perpendicularis à summo tuberculo descedens & scindens uitalem, in caueamq; deflectens, longitudines itinerum, peregrinationes, successiones in aliorum bonis, aliorũ morte diuitias itinera

multa

multa negatiandi causa cum pecu-cuniarũ amissione, eadem gracilis, uulnera ex ferro, plures lineæ se cõ-tingentes, incipientes à uitali crassę directæ sursum, pollicem uersus as-cendentes, mortem in igne siugni-ficat.

Leuitas fuga. Si uero à pollice descendant de orsum nec tangant uitalem, pericu-lum in igne ob commissum facinus superbiam, iracundiam, leuitatem, uuluera & fugam. Plurimæ lineæ directę transuersæ ad modum ludis-cacornm, se inuicem sicindentes in hoc pollicis tuberculo, portendunt, opes innumeras, prope pollicem si eo pacto se inter secabunt, opes in prima ætate in secundo articulo pol licis, in secunda ætate in ultimo arti-culo circa unguem, in fine uitę, pau-cissimæ lineę subtiles & directæ tan tum inopiam. Ampla linea rubicun-da & directa à uitali per mediũ pol-licis pergens coitum cũ consangui-neis.

Si in

Si in primo articulo fuerit crux diuitias & honores denotabit. Linea circuens pollicem in articulo prope unguem portendit hominem suspendio uitam finiturum, mulierem uero igni aut ense perituram, hoc idem circularis linea in prona digiti parte denotabit. Circularis linea in dorso digiti sub ungula articulari annexa hominem une suffocandum propter scelera & dolos.

Coitus cũ consanguineis.

Circularis sub articulo, sumersionem in aquis significat, sed si talis articulæ lineæ connectantur, solum modo supra dictorum periculum demonstrabunt. Circulus in pollitis dorsosub articulo per medium à recta linea diuisus submersionem proculdubio in aqua, Sub ungula circulus per transuersum scissus, suspẽsionem & strangulationem. Crux in eo loco uiciandam matrem aut, ororem demonstrat tale signum.

Fune strãgulandus.

In ea planicie, quæ ungui subest si fue-

ſi fuerit futurã lepram. Duæ paruulæ lineæ ſub ungui ſi æquidiſtantes fuerit & inconnexæ, fidem indicabunt ſi connexæ & inæquidiſtantes infidelitatem.

Honores cum adulterio.

In tuberculo indicis ſi crux fuerit cum linea craſſa & ampla, ſunumos honores, ſumnas dignitates & exaltationes, gracilius, exiguos honores, plures cruces, honores plures. In fæmina honorem tantum, eodem in loco plures lineæ non interſectæ, diuitias, interſectæ, miſeriam binæ lineæ in ſpecie acuti anguli ſe inuicem ſecantes inter indicem & pollicem, iacturam & perſecutiones ſacerdotum cauſſa, demonſtrant. Sola ampla linea & profunda, ueritatem & promiſſorum fidem. Ab huius tuberculi ſum̃itate hoc eſt ubi ab articulo uerſus pollicem itur dedependens linea rubicunda uſq; ad medium, in fœmina ſuffocationem partus

partus oſtendit, pallidula ſuffocationem filij iam orti, culpa genitricis. Quæ uerſicolor nec non lineæ manus uerſicolores coitum cum multis uiris in fœmina demonſtrat, à taberculi fine linea erecta ad ſecundum articulum, indicis craſſa & colorata, audaciam et honores, duæ eiuſmodi cum matre concubitum.

Coitus cũ multis uiris.

In tuberculo infamis ſi crux fuerit, uel capillares lineæ inordinanatæ & inſectæ, labores, carceres, & anguſtias indicant, lineas eas qui habuerit extentas uſque ad radicem digiti, pœnas luet in carcere, ob cõmiſſa facinora. Lineæ à cauea ſcindentes thoralem porrectæ quoque trans primum articulum infami mortem in carcere, indicat etiam regnum habentibus.

De tuberculo infamis.

Mors in carcere.

Parua

Parua foura in tuberculo infamis, appetentiam in ſacris locis demonſtrat, & in his demum carceres, una linea cum diuiſerit infamem, inſaniam & ſtultitiam.

Inter infamem & medicum, eminens caruncula ſiue carneus nodus ſi apparet circa tuberculum cũ lineis craſſis & rubidis, & non ſit ſciſſa in medio & fæmina non ſit multum pallida, portendit marem in uentre ferri. Si talis caruncula ibidem non erit, & ſciſſura ſit in tuberculo, & lineæ ſunt ſubflauæ, & fæmina macilenta, ferri in utero puellam ſignificat. Nullæ lineæ in tuberculo infamis, denotant uitam quietam, in eo lineæ paruæ à conuicino tuberculo aſcendentes per tuberculum breues & æquidiſtantes uulnera in pectore demonſtrant.

De ſexu pregnanti.

In tuberculo medici, plures exiſtentes lineæ iuſtæ proportionis æquidiſ-

Dignitates cum uana gloria.

æquidiſtantes & bene diſpoſitæ non interſectæ pronumero linearum par uas dignitates ſignificant, bonitatem etiam ingenij, ſpeculationem & arrogantiam cum inani gloria.

Dignitates cum uana gloria.

Dependens linea ab infami ſcindẽs ſupra dictas admodum crucis, impedimentum dignitatibus affert. Plures lineæ incompactæ ſi articulum non pertingant, tot pericula in aqua pro linearum numero indicabunt. Si uero articulum tetigerit, mortem in aqua abſq; dubio portẽdunt. Si ex transuerſo linea ſecuerit antedictas, nunquã pro beneficijs ei reddentur grates, aut merita, quamuis obſequentiſſimus fuerit. Si interſectio illa minimum uerſus deuenerit, mortem in aqua, uncoq; aut fune ex tractionem ſignificat. Si uero illo non deuenerit interſectio, aqua extrahetur. Linea recta diuidens medicum, honeſtatem & beneficiorum gratitudinem inſinuat. Duæ lineæ

Diuiciæ ab uxoribus.

recte & profunde ſcindentes medi-
cum, diuitias ab uxoribus.

Ab articulo articularis lineæ por
rectę uerſus tuberculum manus cũ
ſectionihus crucem facientibus ho-
minem iniquum portendunt & pra
uum, mendacem, inuidum, furem,
inſidiatorem, cupidum, omnia per-
uerſe operantem, à cuius amicitia,
ſocietate, confabulatione, conſue-
tudineq́ abſtinendum eſt.

In tuberculo inter minimum &
medicum linea craſſa, lata & admo
dum longa, in fœmina, portendit
adulterium & dolores, quibus ei
rumpentur naturalia & morietur
in partu, in eo lineæ plures exiguæ
graciles, fere omnino meretricem
& multorum uirorum appetentem
deſignat fœminam. Lineæ directæ
quot fuerint inter minimum & tho-
ralem ex tranſuerſo ferientem, ſcin
dentes

dentes in uiro totidem uxores, in fœmina totidem uiros, Rectæ, nuptias uirginum, obliqua uiduarum. Longitudo linearũ, uitã cum uxore significat. Circumcisa linea, impedimentum & breuitatem uitæ cum uxore. Linea propinqua digito longa primæ uxoris diuturnitatem.

Quot uxores uir, & quot maritos mulier

Thorali uicina breuitatem in tuberculo hemiciclus sursum uersus aspiciens mutationem cõditionis in bonum, & contrario modo uersus in malum.


Crassa linea scindens minimum uel in eo si fuerit crux furem indicat, Crux si fuerit sub tuberculo minimi & prope thoralẽ, peregrinationes, honorũ causa designat. Post primũ articulum minimi quot fuerint lineę rectę, totidẽ liberos demõstrat, quot

obliquæ totidem fæminas, in muliere uero rectæ, fæminas, obliquæ, mares. Linea in longo ferientis tuberculo inspicientes thoralem, amicos peregrimos, si deflexerint ad discriminalem, amicorum impotentiam. Linea si uersus discriminalem non fuerit, odium suorum, amorem peregrinorum. Eædem lineæ ad discriminalem crassæ & bene apparentes, cōsanguineos amicos & suę nationis. Crux in eo uel tale signum,

Odium amicorū.



prope lineam uitæ.



sacrilegium & magna scelera audentem, insolentem, arrogantem, furiosum, ingratum parentibus, quos aliquando uerberabit, Simili modo de muliere est iudicandum. Si crux recta fuerit & linea uitæ recta, licet uerberabit tamen non occidet, concumbet cum matre & pro-

& propinquis. Treis lineæ & totidē ſi inuicem hoc pacto tranſuerſæ



ſcindentes periculū in aqua portendunt. Lineæ ex obliquo occurſantes & inuicem pugnantes, ſubitam mortem ſignificat. Tale ſignum

Periculū in aqua.




gloriam famam & incrementum honorum. Si hemiciclus, parricidum ex duabus cædibus, ex ea linea porrectus circulus diſcriminalē uerſus, ſacrilegiū. Orbiculi quod fuerint, totidem uulnera ex ferro uel ſagitta inſinuat. Plures lineæ principales manus lineas ſecantes uarietatem multiplicium negotiorum demonſtrat, & uix conficientem aliquid, nec non & morborum longitudine. Modicę lineæ harum rerum mediocritatem, ſuperfluæ lineæ ſi inuicem diſſecantes, malum, dolores & perturbatio-

Mors repentina.

nes. Vna tantum linea in manu repentinam mortem & ſubitam. Vna linea craſſa in articulo auricularis hoc idem facit, plures eodem in loco & inordinatæ longas infirmitates.

CAPVT DECIMVM de figuris & ſignis aliquid ſpeciale portendentibus.

 Si tale ſignum in medio lineę uitæ fuerit hominem deſignat in corde uulnerandum, ac illico mo riturum. Si tale ſignum ut ſequitur,


 in cacumine uitalis, & Epaticæ, iuxta pollicis tuberculum extiterit, proſtrationem ab equo demonſtrat, quod ſi tranſuerſalis linea eã diuerſerit, & lineam uitæ, colli denudationem ob talem caſum porten-

Caſus ab alto.


Portendit. Quot lineæ fuerint neruos pollicis interſecantes, ac Epaticã uerſus proficiſcentens, tot caſus ab alto denotabunt, quo in loco ſi crux fuerit oſſis rupturam ex tali caſu. Si ſimile ſignum



prope thoralem uel uitę lineam inuenies, morſum canis expectato & maxime illis in partibus, quibus lineæ reſpondebunt.



Tale ſignum iuxta ſupremum angulum ſi rubrum fuerit hominem cito infirmandum deſignabit. Talis uero figura




hereditatem mulieris cauſa Angulus ſupremus ceteris coloratior, filium maſculum in prægnante muliere portendit. Tale ſignum iuxta,

Vir cruci figendus.

 trianguli interiores angulus in cruce ponendũ demonſtrabit, Stella in monte pollicis, riſum & leticiã denotat, cõcubinariq; concubitu. Figura talis


 dignitates & honores, talis

 uero prope uitæ lineas eo anno infirmitates inducit. Talis figura

 in tuberculo ferientis mortales inimicos & pricipue peritiorum hominum indicabit. Sed ſi hoc pacto

 fuerit, pacem cum inimicis facietuel erit ei æqualis. Talis

 figura in predicto tuberculo periturum in aquis. Talis parricidum, ſimilis uero

 ſurſum reſpitiens clarum uirum oſtendit.

Caput

CAPVT VNDECImum de manu mulieris.

POSTQVAM DE IVdicanda, uiri manu sufficientẽ tradidimus notitiam, congruum uidetur, ut de mulieris manu aliqua breuissime subijciamus. Parum tamen hęc inter se discrepant iudicia, nam de longitudine uitæ cęterisq; alijs accidentibus eodem modo est iudicandum, in hoc tamen dissentiunt quoniam in uiro dextra, in muliere sinistra prospicitur, quod quãobrem fiat in problematibus aperiemus.


Virginitas in muliere.

Virginitas in muliere hoc pacto deprehenditur. Inspice eius manum in solis exortu ieiuno stomacho, aere non turbido, cuius si principales lineæ & quàm maxime thoralis & epatica, graciles & pallidulę

fuerint infallanter eſt uirgo Si uero latæ, rubicundæ, & confractæ fuerint, corrupta eſt.

Grauidæ quomodo.

Mulierem grauidam ex epatica tumida & rubeſcenti dignoſces ex maſculo. Si in capite uitalem uerſus, rubea magis apparuerit ex fæmina. Si in lineæ calce, ſi in manu ubi trianguli forma quædam pũcturæ ſubrubeæ apparuerit, cum tali ſigne

 ſurſum proſpitientem, grauidam ex maſculo mulierẽ. Si uero inferius in anguli forma hoc pacto

Gladio moritura.

 deflexerit, ex filia. Si thoralis ab indice deflectat ſpatium què inter indicem & medium intrauerit, lineaque ſit groſſa & tumida, mortem ex partu indicabit, Si iuxta unguis iuncturam in pollice, mulier quandam lineam circundantem pollicem habuerit, ſignum eſt eam incedio uel gladio morituram.

Viri in-

Viri inter thoralem & minutu- lum quæruntur, nam in feriētis dor- ſo quot lineæ latæ & expreſſæ inue- niuntur, tot uiros eſt habitura, quo- rum plus ſuperuiuet ille, cuius lon- gior & nō interſecta linea, extiterit. Quot paruas lineas inter primum et ſecundum minutuli articulum muli er habuerit, tot natos & natas partu riet. Rectæ in uiro et expreſſæ filios, obliquæ filias demonſtrat. In mulie re, obliquæ, mares, rectæ fœminas ſignificat. Thoralis montem indicis ſcindens magnam naturæ capacita- tem in muliere portendit.

Quot uiros.

CAPVT DVODE- cimum, De totius ma- nus Phiſiono mia.

NVNC DE Phiſionomia ma nus, ut plenior tractatus habe atur, quàm breuiſſime diſſeramus.

Palma

Palma. Palma longa cum digitorum crassitiæ, pigrum, negligentem, & fatuum, in muliere difficultatem pariendi demonstrat. Longitudini palmæ, si pro ea proportione digiti responderint, in capiendo ingeniositatem.

Concaua manus. Concauæ manus cum bonis lineis, uitæ longitudinem, cum obliquis in proportionalibusque breuitatem.

Palma longa cum gracilibus digitis timiditatem & tyrrannidem.

Tenues manus & breues deuoratorem & loquacem.

Crassi digiti. Digiti crassi uel ampli breues & curui, hominem inuidum, stultũ, audacem auarum & temerarium segregati cum extenduntur, miseriam & paupertatem nullius regiminis. Lenticulosi naturæ diuersitatem. Breues, tantum dementiam, collecti & stricti, auaritiam & malignitatem, mediocriter distantes, libera

lem,

lem, multum intra se diuersi, inopiam & loquacitatem.

Vngues longi & rubidi, bonam naturam & ingenium, longi & ex albo maculati, amicitiam, benignitatem, ingenium & bonitatem. Ex nigro alioue maculati colore, persecutiones & damna parui & nigri cum punctucis inuidiam & malitiã. Minimus p̃lõgus cuius unguis una cũ carne altiorem annularis articulũ excedit, innumeras diuitia portẽdit.

Vngues.

ANTIOCHI TIBERTI Cesenatis Chyromantiæ liber tertitius de quibusdam problematibus circa antedicta medentibus.

PROPTER QVOD EST, qđ in pueris nõ esse iudiciũ perItis in hac arte existimarunt. An ideo est quoniam lineæ certam mensurã nondum habent, sed cum ipso corpore coalescunt. De rebus autẽ non

perfectus

Perfectis sed in continua mutatione existentibus, firmam certumq; iudicium non habetur, An quia ob humidi superabundantiam improportionemq;, plures in ea ætate (quam oporteant) lineæ in manu uisuntur, quæ in perfecta ætate abeunt & euanescunt, solumq; remanent uitæ & fortunę indices suis proportionibus constantes.

Propter quod in uiris dextra in mulieribus sinistra conspicitur. An quia omne dextrum, q̃m calidius & fortius masculinum existimatur. Sinistrum autem, quia humidius & debilius fęmininum. Qua de causa mulieres dextram aurem masculinam, sinistram fœmininam uocant. Ob id etiam Aegyptiæ ex ueteri instituto sinistram aurem perforabant, atque aureo filo eidem magnates appendebant, uniones quos inaures uocabãt, ad nobilitatis et luxurię ostentationem. Simili modo de manibus

est

est arbitrandum, ut dextram mascu linam sinistram fœmininam dicamus, Quamobrem in sinistræ manus annulari digito, nouę nuptæ maritus imponit. In libris etiam pontificum legitur dextrã Marti, sinistram Veneri esse dedicatam. Ob hanc igitur causam in uiris primum a dextra incipiendum est, indicium sinistra adminiculante. In mulieribus uero e conuerso.

Propter quod est quod potius hæc uitæ linea, quã illa dicitur, hæc epatis &c.

De cęteris quibuscunq;, an solũ ueterum obseruatione, hoc constat, primi enim qui huius artis fundamẽta iecerunt, uisis recensissimi cadaueris manibus lineas distinguere nominatim, cepere, ut illam uitæ potius appellarent, quæ ceteris alijs, in suis porportionibus breuior esset, ac in suis sectionibus quibusdam turbaretur in homine premature mortuo. Quod cũ inquam plurimorum mani

manibus cõperieret, ex multis experimentis, artẽ & uniuersale quoddam efferunt, lineamq́ uitalem illã nominarunt.

Epaticam pari ratione, quoniam in habentibus epar bene dispositum, proportionem seruaret, in laborantibus uero epatica passione, contra, breuis, obtorta & indecens haberetur.

Cęteris pari modo ex membrorum dispositione, uel indispositiõe nomina indiderunt, & hoc pacto longo usu est experientia lineas nominare, fortunas, & infortunia in manu dignoscere ceperunt.

Verbi caussa cũ in decapitandis, uel iam truncatis hominibus peculiare quoddam signum cõperirent, quod in aliorum manibus alium exitum habentibus, minime appareret illud detruncationem capitis, portendere predicarunt, & hoc pacto in singulis ex experientia, rerũq́ effectibus, artem conflarunt.

An ideo

An ideo hęc cordis uel uitę dicitur, quia à corde principaliter formatur, hec ab epate, & deceteris consimili natione. Vel à locis ad quæ proficiscuntur, nomina sortiuntur, ut Saturnia à discriminali ad Saturnum, Cingulũ Veneris à Saturno in Venerem, Via Solis, à cauea ad Solem. Vel à modo ut combusta & lactea, uia thoralis & discriminalis, quemadmodum supra declarauimus.

PROPTER QVOD, Alpharabius Arabs Chyromantiam magie filiam nuncupauit. An quia magia duplex, quædam naturalis ut illa quæ de mirabilibus rerũ naturalium prouentibus agit signaq; in illis quædã scrutatur, à rudi Philosophorum grege penitus aliena quam accuratiorem philosophiam merito dicere possumus Chyromanticæq; parẽtem quandam, emittit enim natura hominis ad extra lineationes huiuscemodi, ut per has rerum interiorum dispositiones futurorum euentuũ agnoscere possimus.

Naturalis magia.

Alia uero non naturalis, ſed potius diuina dicitur, nã diuinis myſterijs can taminibuſq;, calodæmones & cacodæmones conuocat, quam merito ſancta mater Eccleſia repudiauit.

An ideo magiæ filiam dixit, id eſt, philoſophiam, apud enim Aegyptios idem magus quod ſacerdos & philoſo phus habebatur.

Propter quid eſt quod manus in ſo lis ortu, ſereno tempore inſpicere iubemur. An quia ante cibum cutis in ſua naturali diſpoſitione exiſtit, expreſſioreſq; lineas oſtendit, quæ ſumpto cibo tumeſcent, alienumq; lineis aliquan do colorem reddit, quaſdamq; tenuiores perturbat.

In ſolis etiam exortu mouetur calor, lineaſq; uiuificat, quas ſereno tempore magis quàm nubilo proprios colores ſeruare deprehenſum eſt.

An quia ueteres chyromantici ma nus nõ alio tempore dijudicare conſue uerunt, quarum quaſdam æſtiuo tẽpo re, magis q̃ uerno inſpiciendas eſſe, Phi

liſtomius

listomius noster asseuerat, magis enim eo tēpore mouetur calor, & ad supiora proueniens, lineas excitat, ad proprias quoqꝫ figurationes cōducit. Cuius con trarium hyemali tempore continuiat, quo a iudicijs quantum poterant ab- stinebant.

Propter quid longitudo uitæ à li- nea uitæ longa, & decenter lata, præ- nosticantur? An ideo est quia ista linea cum corde correspondeat? Si longa, la ta, & continua fuerit fortitudinem uir- tutis uitalis & caloris naturalis in cor- de existentem demonstrat, quæ istam lineam extremitate in extremitate ua- let extendere. Fortitudo autem calo- ris naturalis in corde longam uitam ho mini præstat.

An potius sumenda est longitudo uitæ à uitali & Epatica in condecenti longitudine et latitudine existentibus ut Alpharabio placuit. Vita enim in quadam proportione, humerumqꝫ ad- æquatione, cōsistere uidetur, quæ non per unā sed ꝑ plures lineas denotatur.

Cum igitur linea uitæ decenter lata longa quoq; fuerit, & Epatica consimiliter, bonã calidi & frigidi proportionem ostendit, in quibus uita consistit. Si autem uitali propinqua fuerit Epatica, bonam sanguinis administratione ipsi cordi denotabit, ex quib. omnibus longitudo uitæ consequit.

PROPTER quod ramuli à linea capitis bene formata bonam cerebri cõplexionem, uitæ exorientes tuberculumq; pollicis ascendentes, diuitias & honores indicãt, in cauea uero inferius uergentes, contrarium.

An quia predictæ in ascensu sunt, pro regula autem apud Chyromanticos seruari solet. Quod omnis linea in ascensu uigoratur, in descensu uero deprimitur. Quam ob causam ueteres ascensum inter fortunæ loca nominãt.

An quia tales in ascensu habentes ramulos, sunt natura ipsa potentes omnes actiones pficere quam ob caussam ut plurimum dicantur.

Propter quid est quod linea capitis bene

tis bene formata bonam cerebri complexionem, ſolertiamq́; in peragendis negotijs denotat. Hoc ideo eſt q̃m cum cerebrum naturaliter frigidum ſit. Si talis linea decenter longa fuerit, bonam calidi ſupra frigidum proportionem notat it, cerebrum quoq́; optime diſpoſitum. Si uero linea breuis, diſſectaq́; haberetur, magnam cerebri frigiditatem, defectumq́; caloris, portenderet hominem ſomno lentum & timidum. Quamobrem ſi quis ea caruerit aut breuem mutilatamq́; habuerit, multas mari tempeſtates, uariaq́; infortunij genera expectare debet.

PROPTER QVID EST quod Epatica decenter formata ac aliquantulum rubra bonam complexionem, forteq́; naturam demonſtrat.

HOC IDEO EST QVIA CVM epar ſit ſanguinis ſedes, bonum temperamentum ſanguinis in Epate caloriſq́; naturalis cum ceteris humo-

ribus demonstrat, breuis uero contrarium. Sed si nimis longa uel rubida apparet, ægritudinem uel apostema ex putridi sanguinis superabundantia designarunt.

PROPTER QVID EST quod una uel plures lineæ scindentes Epaticam ægritudines futuras significat, & quam maxime si à capitali processerint.

HOC IDEO EST QVIA HVIusmodi lineæ ab inordinato & innaturali humore proueniunt, cuius malitiam calor naturalis superare non potuit, quamobrem futuram ægritudinem pronunciant.

PROPTER QVID EST quod triangulus, si æquilaterus fuerit suamq; proportionem seruarit, clarum & benignum hominem facit.

HOC IDEO EST QVIA BENE fortunatus triangulus bonam cōplexionem denotat. Bonam autem comple-

complexionem bonitas & ſolertia intellectus cõſequetur, ſolertia uero intellectus bonũ regimen & dominiũ & famam. Quamobrem recte in pollicis prius magiſter intellectu uigentes naturaliter dominare uoluit.

PROPTER QVID EST QVOD à thorali ſolent inimici iudicare.

AN IDEO EST QVIA CVM iſta linea ſit toto corpori attributa de hijs quę toti corpori accidunt eſt ſignificatiua, quẽadmodũ ſunt inimici. An quia thoralis ipſi ſpleni reſpõdet, qui melancoliæ ſedes eſt, à qua omnis diſſenſio ꝓuenit atq; inimicitia.

PROPTER QVID EST QVOD multæ inordinatæ lineæ uel cruces in auricularis digiti tuberculo, inuidũ, furẽ, uaniloquũ & inſidiatorẽ ſignificat.

HOC IDEO EST QVIA TAles lineæ ſunt in ipſo deſcenſu, ultimoq; digito, qui terræ dicatus eſt, quamobrem homines melancholicos iudicant, qui omnia male agere ſolent ob cholere dominium.

PROPTER QVOD EST quod homo habens multiplicibus líneís figuratas manus, de multis rebus ſe intromittit.

HOC IDEO EST QVIA HVmidæ eſt complexionis à qua talís linearum multiplicatio prouenit, qua de cauſſa nullam retinet ſpem ſed ab una cogitatione ad alíam tranſitũ facit, multaꝗ exordítur & nihil ad finem deducit.

CANON SERVADVS in iudicanda manu.

SVME VIRI IEIVNI, DEXtram, aqua tepida bene dilutam, mulieris uero ſiniſtram, matutino ac ſereno tempore, & primum ſex tubercula oculis luſtrato, ꝑſpicitoꝗ quo in tuberculo quis Planetarum totius palmæ dominium obtíneat, quo cõperto eius horam, eadẽ uel ſequentí die obſeruato, qua hora manus in iudicium eſt aſſumenda, perfectius tamen ſit iudicium, cum in die & hora dominatoris, Pla-

ris Planetę exordimur, hoc absoluitur
Sume sinistram uiri, mulieris uero dextram, inspicitoq; diligentiuscule, quod 12. signorum pro ascendenti poni debet, quo adinuẽto 12. domus partiaris prout Genethliaci faciunt.

Postmodum uidenda sunt planetarum loca quæ sint, nã si in locis fortunis cõperiantur, nec à malis impedian tur ipsosq; in horoscopali figura exaltabis, uerbi causa, Si Iupiter in eius tu berculo eminens fuerit ab in fortunæ signis seiunctus, eum in horoscopali fi figura in sua domo uel exaltatione cõstituas. Si uero infortunæ signis applicuerit, in suo detrimento ac malorum aspectu collocandus est. Simili modo de alijs censeas, quorum animaduertende sunt coniunctiones & applicationes, faciendaq; iudicia, ut Genethliaci tradidere, cui negotio, deseruient quædam inprimo Chyromantiæ libello à nobis commemorata Planetarum accidentia.

Hoc confecto ad incissucarũ iudicia

properato, primumq; de uita an longa uel breuis sit, iudicato postmodũ de eius accidentibus, de uita uitalis & Epatica iudicat, si suas proportiones seruauerint. De corporeis accidentibus thoralis, capitalis. Saturnina & cetera eiusmodi.

Maximum autem his iudicijs adiumentum afferunt, incissurarum colores, qui haud facile doceri possunt, sed experientia duce (quæ huius artis est magistra) eorum consequeris notitiam.

Illud tamẽ subijciendum duxi qđ mira industria solers operatur natura, Hæc cum effectum non quẽpiam propediem uenturũ nobis demõstrare desyderat, quodã rubore non amplius uiso lineas inficit, id portendentes, cũ autẽ preterierit, lineas intra cutem mergit ut uideri non possint uel pallore suffundit. Quamobobrem incissurarũ colores ante omnia obseruato, nec nõ uarios tractus & respondentia signa, ita ut omnia adimi-

adinuicem cōferas penſiteſq; ſingula, nec ex uno tantum ſigno iniudicium prorumpas, ſed ex pluribus, quo fit ut iudiciū ſubitum extemporariumq; à peritioribus huius artis deteſtetur.

Explicit Chyromantia Magiſtri Antiochi Tiberti Cæſenatis artium Doctoris, Bononiæ olim, Anno, 1494. Idibus Nouembris, ædita.

MOGVNTIAE EXCVDEBAT IVO SCHOEFER ANNO· A CHRISTO NATO.

M. D. XXXVIII.

Menſe Septembri.

Figura sinistræ manus, principales lineas con tinēs, á ueteribus proditas, adiunctis proprijs cuiuscunque nominibus.

*



Figura dexteræ manus, quinq; in se continens lineas, á nobis primum excogitata formatis nominibus.




Figura sinistræ manus, demonstrans quibus in locis, septem Planetæ collocentur.




Figura dexteræ manus, loca Zodiaci ostendens.

